A. [I]niegoe dominum. Beatus uir. A. Predicar
tum. Quare fre. A. Voce mea ad dnm.
Iste sanctus pro lege. V. Iste est
R. Iustus germinabit. V. Plantatus
R. Desiderium anime. V. Quoniam
A. Filii hominum. Cum inuo. A. Scuto bo
Verba mea. A. In uniuersa terra. Dne di
Iste cognouit iustitiam. V. Iste est

a. V os amici mei estis. Euouae. a. B eati mu[ndo]

[E]uouae. a. I n pacientia uestra. Euouae.

[...]citur vos. Bndictus. In .ii. ves. I urauit do[minus]

[...]unt do. a. C ollocet eum dominus. Laudate pu[eri].

[...]bant et flebant. In conuertendo. a. C onforta tus

[...] pbasti. a. B eati eritis cum vos. Euouae.

[...]um sancti. Euouae. D unc [...]

[...]tur qui sufferet. Magnificat. a. I ste cognouit [...]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rest. Sept. 1963, Petersen

P. Eccl. 170

2 We

(Ink.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hiſpanus

# Iuuēcus preſbyter, immēſam euāgelicę legis maieſtatez heroicis verſibus concludens.




Johānes kruyſhaur de lippia huius libri verus poſſeſſor exiſtit

[1497]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶ In libro Hieronymi de illuſtrib⁹ viris.

¶ Iuuēcus nobiliſſimi generis. hiſpanus: preſbyter: q̄ttuor
euāgelia hexametris ꝟſib⁹ ad ꝟbū pene trāſferēs: quattuor li
bros cōpoſuit. ⁊ nōnulla eodē metro ad ſacramētoꝝ ordinem
pertinētia. floruit ſub Conſtantino p̄ncipe.

## ¶ Item diuus Hieronymus in epiſtola ad magnum vrbis oratorem.

¶ Iuuencus preſbyter ſub Conſtantino hiſtoriam domini
ſaluatoris verſib⁹ explicauit: nec pertimuit euāgelij maieſta
tem ſub metri leges mittere.

## ¶ Hieronymus ſup Mattheū

¶ Pulcherrime muneruꝫ ſacramenta Iuuencus preſbyter
vno verſiculo cōp̄hendit dicens Auruꝫ thus myrrham re
giq; hominiq; deoq; Dona ferunt:

## ¶ Itē Ioānes tritenhem abbas Spanhemē ſis in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

¶ Iuuēcus preſbyter: natione hyſpanus: vir nobil' atq; do//
ctiſſim⁹ ph̄s. poeta. rhetor. ⁊ theolog⁹ īſignis. ⁊ nō min⁹ ꝯuer
ſatōe q̄ȝ ſciā ſcripturaꝝ: eccleſię venerabil'. edidit p̄ edificatōe
legentium tam metro q̄ȝ p̄ſa multa p̄clara volumia: ſed pau
ca ad noticiam meā p̄uenerūt. Legi op⁹ īſigne qđ hexametris
verſib⁹ cōpoſuit de quattuor euāgelijs: libros quattuor. Im
mortale nihil mūdi cōpage tenetur. de ſacramētis libros du//
os. Cetera q̄ compoſuiſſe dicit' ad manus noſtras nō venerūt
Claruit ſub Conſtātino magno ⁊ filijs ei⁹. Anno dn̄i. 330.

## ¶ Item Baptiſta Mantuanus ī de gmēdatiōe Pātheūa

¶ Volo ante iſtoꝝ oculos Iuuēcum hiſpanū ſtatuere: queꝫ
inter illuſtres viros ⁊ in doctiſſimoꝝ chriſtianoruꝫ catalogo
hieronym⁹ enumerat vt accidat eis qđ a Perſio d̄r. Virtuteꝫ
videāt intabeſcātq; relicta. Prodite o zoili noſtri: videte virū
ſacris initiatū myſterijs lauro coronatū: muſis vndiq; cictū
lyrā tenentē. currite ad raꝝ hoc ⁊ grāde ſpectaculū. ſed cauete
ne repente culpetis. laudat' a Hieronymo. hic igit' immēſam
euāgelicę legis maieſtatē verſib⁹ incluſit heroicis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Franciſcus petrarcha in Bucolicorũ Aegloga decima quę laurea occidẽs inſcribitur

Tum pinea late
Silua virens dulceſq; oleę: gremioq; decorum
Clara fouens roſeo puerum ſtat limine virgo.
Hęc matrona fuit hortis quę lecta remotis
Vimineis calathis templo aurea poma ſacrauit.
Mira loquar ſupraq; fidem. ſed carmina vidi
Hic hominis pariterq; aquilę bouis atq; leonis
Hiſpanum noſtra modulantem voce Iuuencum.

## Incipit prologus Iuuenci preſbyteri in quattuor euangelia chriſti.

Immortale nihil mundi compage tenetur:
Non orbis: non regna hominũ: nõ aurea roma:
Non mare: non tellus: non ignea ſidera cęli
Non ſtatuit genitor rerum irreuocabile tempus
Quo cunctũ torrẽs rapiet flamma vltima mundum:
Sed tamen innumeros homines ſublimia facta
Et virtutis honos: in tempora longa frequentant
Accumulant quorum et famam laudeſq; poetę.
Hos celſi cantus ſmyrnę de fonte fluentes
Illos minciadę celebrat dulcedo maronis.
Nec minor ipſorum diſcurrit gloria vatum
Quę manet ęternę ſimilis: dum ſecla volabunt
Et vertigo poli terras atq; ęquora circum:
Aethera ſidereum: iuſto moderamine voluet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quod ſi tam longam meruerunt carmina famam:
Quę veterum geſtis hominum mēdacia nectunt:
Nobis certa fides: ęternę in ſecula laudis
Immortale decus tribuet: meritumq; repēdet.
Nam mihi carmē erunt chriſti vitalia geſta:
Diuinum in populis falſi ſine crimine donum.
Nec metus: vt mundi rapiant incēdia ſecum
Hoc opus: hoc etenī forſan me ſubtrahet igni
Tunc quom flāmiuoma deſcēdet nube coruſcans
Iudex alti throni genitoris gloria chriſtus.
Ergo age ſanctificus aſſit mihi carminis anctor
Spiritus: ⁊ puro mētem riget amne canētis
Dulcis iordanis: vt chriſto digna loquamur.

Finit Prologus Sequitur liber Primus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## Iuuẽci hiſpani: p̄ſbyteri: q̄ttuor euãgelia chr̄i. hexametris v̄ſib⁹ trãſferẽtis Liber p̄m⁹.

### De ſanctis parẽtibus Joãnis baptiſtę. & de ipi⁹ p̄curſoris dn̄i cõceptione. Lucę. p̄.

Rex fuit herodes iudęa in gente cruentus,
Sub quo ſeruator iuſti templiq̧ ſacerdos
Zacharias, vicib⁹ cui templū cura tueri:
Digeſto inſtabat: lectorū ex ordine vatū.
Cuius inherebat thalamis digniſſima coniunx.
Cura ijs ambobus parilis: moderaminis ęqui
Ambos annexos: legis p̄cepta tenebant.
Nec fuit ijs ſoboles, iam tunc vergentibus annis:
Gratius vt donum iam deſperantibus eſſet.
Sȝ quū ſorte adytis ariſq̧ īferrȝ odores — Pri. Paral. xxiiij
Zacharias. viſus cęlo deſcendere aperto
Nuncius: & ſoli iuſſus perferre loquelas.
(Cętera nam foribus plebes aſtrata) rogabat:
Quid tibi terribilis, concuſſi, corda pauore,
Viſus: tum lęti ſermonis munere placat.
Iam me ꝓpicius rerum pater vnicus: alto
Cęli ſolio tibi nunc in verba venire
Pręcipit: & chara tibi mox de coniuge natum
Promittit: grandis rerum cui gloria reſtat:
Plurima qui populis naſcendo gaudia queret:
Sobrius ęternum: clauſum quem ſpūs ipſis
Viſceribus matris: complebit numine claro.
Iſtius hic populi partem magnamq̧ docendo
Ad verū conuertet iter: dominumq̧ deumq̧
Continuo primus noſcet: plebemq̧ vocabit.

Nomine Joánem quē tu vocitare memēto
Illi cōfuſa reſpondit mēte ſacerdos.
Emula ꝑmiſſis obſiſtit talibꝫ ętas.
Nec ſenibus ſoboles poterit contingere feſſis
Quam deus auertēs: primęuo in flore negauit
Hęc trepidans vates. Cui talia nuncius infert
Si tibi mortalis ſobolem ꝑmitteret vllus
Ad deſperandum forſan cunctatio mētis
Debuerat tardis hęrens inſiſtere verbis.
Nunc ego (quem dñs cęli terręqꝫ repertor
Ante ſuos vultus voluit parere miniſtrum.
Auribus ingratis hominis viſuqꝫ receptus
Summi iuſſa dei non contemnenda peregi
Quare ꝑmiſſis manet irreuocabile donū
Sed tibi claudetur rapidę vox nuncia mentis
Donec cuncta dei firmētur munera vobis
Hęc ait. ⁊ ſubito tenues ſe miſit in auras
Interea populus miracula longa trahebat
Quid tantum in tēplo vellet ceſſare ſacerdos.
Egreſſus trepide. numen vidiſſe ſupnum.
Nutibus edocuit. miſerę ⁊ diſpēdia vocis.
Inde domū remeat completo ex ordine vates
Officio: amiſſamqꝫ leuant ꝑmiſſa loquelam
Nec dilata diu venerunt munera prolis:
Anxia ſed ventris celabat gaudia coniunx
Donec quinqꝫ cauam cōplerent lumina lunam.

## Annūciatio Marię. Lu. p̄.

Nunc maiora dehinc idē mandata miniſter
Detulit: ad Marię demiſſus ꝟginis aures.
Hęc deſponſa ſuo per tpa certa ꝓpinquo:

Abdita virgineis caſte pubeſcere tectis.
Et ſeruare diem: iuſſis ꝑmiſſa parentum.
Ad quã tranquillum ſermonem nuncius infert.
Salue progeniem terris paritura ſalubrẽ
Deſine conſpectu mentem turbare verendo:
Nam tua concipient celeſti viſcera iuſſu
Natum: quẽ regnare deus ꝑ ſecula cuncta
Et ꝓpriam credi ſobolem gaudetqꝫ iubetqꝫ.
Huic vbi ſub lucem dederis ſit nomen Jeſus.
Ad quẽ virgo dehinc: pauido ſic incipit ore.
Nullos conceptus fieri ſine cõiuge dicunt
Unde igit̃ ſobolẽ mihi nunc ſperabo venire?
Nuncius hec cõtra: celeri ſermone ꝓfatur.
Uirtus celſa dei circũuolitabit obumbrãs
Spiritus ⁊ veniet purus: lectiſſima virgo.
Ac tibi mox puerum caſto ſermone iubebit
Magnificum gigni populis: quem credere ſanctum
Supremiqꝫ dei natum vocitare neceſſe eſt.
Sic cognata tibi: ſterilis que credita cunctis
Zacharie cõiunx: mortali germine nuper
Euo defeſſis auxit miracula membris.
Sextus adeſt menſis: parent ſic omnia iuſſis.
Uirgo dehinc: dño famulam nunc ecce iubenti
Ut tua ỽba ſonant: cernis ſeruire paratam.
Nuncius abſcedens: vacuis ſe condidit auris.

## ¶ Viſitatio Marie ¶ Luce p̃mo.

Illa dehinc rapidis iudeam paſſibꝫ vrbem
Zacharieqꝫ domũ penetrat grauidamqꝫ ſalutat
Eliſabeth: clauſe cui protinus anxia prolis
Membra vteri gremio motu maiore reſultant

Et ſimul exiluit mater concuſſa tremore:
Diuinę vocis completa afflamine ſancto
Et magnū clamans: fęlix o fęmina ſalue
Fęlicem geſtans vteri ſinuamine fętum.
Unde meam tanto voluit deus ęquus honore
Illuſtrare domum: quā mater numinis alti
Viſeret. Ecce meo gaudens in viſcere proles
Exultat: Marię quū p̄ma affamina ſenſit.
Fęlix quę credit finem mox affore verbis:
Quod deus ad famulos (magnum dignando) loquetur
¶ Illa trahens aīm ꝑ gaudia multa pudore
Suppreſſo: vocis pauitantia dicta volutat.
Magnificas laudes animus: grateſqȝ celebrat
Immenſo dn̄o: mundi vix gaudia tanta
Ipſam te caperent ꝙ me dignatus in altum
Erigere ex humili: Celſam cunctiſqȝ beatam
Gentibus ⁊ ſęclis voluit deus ęquus haberi
Suſtulit ecce thronum ſęuis: fregitqȝ ſuperbos.
Immenſis humiles opibꝫ ditauit egentes:
Tunc illic mā ſit ternos ex ordine menſes
Ad ꝓpriamqȝ domū repedat iam certa futuri

## ¶ Natiuitas ſcī Ioānis baptiſtę ¶ Lu. p̄.

Iamqȝ aderat tempus: quo ſarcina deſerat aluū
Elizabeth: liquidas ſoluēda in lumīs auras
Ad partus fama tantos: collecta cucurrit
Turba ꝓpinquorū: per gaudia mira frequentes
Concelebrant: nomenqȝ iubent genitoris habere.
¶ Abnuit hoc genitrix: ſed Ioānis vocitetur
Ingeminat: placuit muti tunc iuſſa parētis
Conſulere: in ſcripto rogitantqȝ edicere nomen.

Sed proh mira fides. tabulis quũ ſcribere tentat
Implicitam ſoluit ꝑ verba ſonantia linguam
Mox etiam aſſuetam penetrant ſpiracula mẽtem.
Completuſq; canit venturi conſcia dicta.
Concelebrẽt cuncti. laudes grateſq; frequentent
Aſtrorũ ⁊ terre pontiq; hoĩmq; parenti.
Viſere qui voluit. ꝓpriamq; abſoluere plebem.
En beat antiquam gentem. cornuq; ſalutis
Erecto. indulget dauidis origine lumen.
Hoc eſt quod priſci cecinere ex ordine vates
Hec eſt illa ſalus que nos ex hoſtibus atris
Eripit. vt iuſte iuſto ſeruire queamus.
Et tu parue puer. ſanctus digniſq; ꝓpheta
Diceris. dñm mox ꝓgrediere viando.
Illius ⁊ populum duces ꝑ lumen apertum.
Errorem ꝑ te ſpernent. mortiſq; tenebras
Abrumpent. omnes tua qui ꝓcepta ſequẽtur.
¶ Exhinc ſecretis in vallib; abdita ſemper
Vita fuit puero. donec poſcentibus annis
Vatis ad officium. pleno pubeſceret euo.

Benedictus dñs deus iſrael.

## ¶ Joſeph cogitat relinq̃re Mariã ¶ Mat. p̃.

Interea Marie ſponſo miracula mentem
Sollicitant. manifeſta vteri cꝫ põdera vidit.
Et ſecum voluit. quanam ratione ꝓpinque
Dedecus oppreſſum celet. thalamoſq; recuſet.
Talia tractãti torpeſcũt membra ſopore
Mox ſtertẽte dei vox eſt audita monentis
Tu ſpõſam capias. vacat omni pactio fraude
Spiritus impleuit ſancto cui viſcera fetu
Hanc cecinit vates venturã ex virgine prolem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nobiſcum deus: eſt cui nomē. Protinus ille
Nec p̄cepta ſequēs: ſeruat ſponſalia pacta.

## In die natali ſaluatoris noſtri ieſu chriſti. Luce. ij.

Sed cū forte nouus capitū diſcuſſio cenſus
(Ceſareqꝫ auguſto iuſſus ꝑ plurima ſcribi)
Deſcribebatur Syrie: quā iure regebat
Cyrinus: ꝓꝛij cui tota ꝑ oppida fines
Addebant: populi vires nomenqꝫ genuſqꝫ:
Urbs eſt iudeę Bethleem: dauida canorum
Que genuit: generis cenſum quę iure petebat.
Obtulit hic illam: genus hinc vterqꝫ trahebat
Deſponſamqꝫ ſibi ſcribens: grauidamqꝫ ꝓfeſſus.
Hoſpitium amborum Bethleē ſub mēnibus vrbis
Anguſti fuerant per parua habitacula ruris.
Illic ꝟgo nouum completo tp̄e fętum
Edidit: ꝛ leni pannoſo tegmine motu
Texit: cui durum cunas p̄ſepe miniſtrat

## Angel⁹ natiuitatē chr̄i paſtorib⁹ nūciat. Lu. ij.

Circa ſollicitę pecudes cuſtodia noctis
Paſtores tenuit vigiles: per paſcua lęta.
Ecce dei monitu viſus deſcēdere cęlo
Nuncius: ac ſubito terror tremefacta pauore
Proſtrauit viridi paſtoꝝ corpora terrę.
Talis ꝛ attonitis cęlo vox miſſa cucurrit
Ponite terrorem mētis. mea ſumite dicta
Paſtores: quibus hęc ingentia gaudia porto
Nam genitus puer eſt: dauidis origine clara
Qui populis lucem mox lęticiamqꝫ propaget

Hoc ſignum dicam: puerū ꝙ cernere vobis
Iam licet: implētem gracili p̄ſepia voce.
Talia dicēti: iunguntur milia plebis
Cęleſtis: cunctiqꝫ deum laudantqꝫ rogantqꝫ.
Talis ꝛ vniti vox agminis: aera complet.
Gloria ſupremum comitetur debita patrem:
In terris iuſtos homines pax digna ſequetur
Et ſimul ijs dictis: cęli ſecreta reuiſant.
Paſtores ꝑpere veniunt: puerumqꝫ iacentem
Pręſepis gremio cernunt: poſt inde ſequentes
Diſpergunt late celebris vaga ſemina famę
Mirantes laudant: lętantes conſtupuerunt:
Omnia nocturnis monitis quod vera recurrant.

## Circūciſio domini — Luce. ij.

Uiderat octauam lucem puer: ecce recidi
Ad morem legis: nomenqꝫ aptare neceſſe eſt:
Impoſitumqꝫ illi (monitis cęleſtibus olim
Quod marię vox miſſa deo p̄cepit) Jeſus

## Purificatio Marię — Luce. ij.

Scripſerat antiquę moſes moderamina legis:
Inter quę primos priſco de ſanguine vatum
Obſeruare dedit: fętus offerre ſacrandos:
Implumeſqꝫ ſimul ferre ad delubra columbas:
Hęc vbi ꝑ mariam templo ſeruata feruntur.
Ecce ſenex ſimeon: dignus compr̄edere ſenſu
Cęleſtes voces: cui quondam p̄ſcia rerum
Uirtus prodiderat: ꝙ carcere corporis egri
Depoſito: mortē liber requiemqꝫ videret.
Cum primum: cęli laudem terręqꝫ ſalutem:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(Omnia quem vatū ſpōdent oracula) chriſtum
Vidiſſet: templo ſolēnes ferre palumbos:
Uſq; vbi: curuato defeſſus corpore: templum
Jam grauior penetrat: monuit quod ſpiritus auctor.
Ecce ſimul paruum gremio genitricis Jeſum
Ad templum ſenſit veniſſe: trementibus vlnis
Accepit puerū: lętuſq; hęc dicta ꝓfatur.
Nunc nunc me famulum dn̄s: nunc liberet artis
Corporis e vinclis. finemq; imponere verbis
Dignetur cū pace ſuis. en ſplendida noſtros
Lux oculos tua circumſtat radijſq; refulget
Quam cūctis hoīm luſtratis mentibꝰ addet.
Iſraelitarum cumulatę gloria plebis.
Hinc ait: hęc quid virgo tibi tam mira videntur
Hic puer ad caſum populis datur: iſte renaſci
Concedet populis: illi ſignum eſſe negabunt
Fęderis: hi contra cęlo veniſſe tenebunt
Liuor edax faciet: lętum vt ꝓcurrat amarū
Atq; tuam fulgens aīam (mihi crede) machera
Quo pateāt tecti tenebroſa volumina cordis.
Hęc ait in ſimeone deus: vox ecce ꝓphetę
Fęmineam ſancto complet ſpiramine mentem
Anna fuit natu grauior: quā in flore iuuentę
Conſtituit viduam: mors immatura mariti.
Hinc fruitur caſta charo pro coniuge vita
Continuoq; dei cultu: quę numine ducta
Cognouit chriſtum: ⁊ ſimili ſermone loquuta eſt.
Unde vbi ſolēnem pueri pro nomine legem
Compleuit genitrix: ⁊ Joſeph omnia mirans
Ad patriam lęti repedant: puerūq; reportant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GEns eſt eoi phębo orto proxima regni
Aſtrorum ſollers ortuſqꝫ obituſqꝫ notare.
Huius primores nomen tenuere magorum.
Hinc lecti proceres: ſolymas per longa viarum
Deveniūt. regemqꝫ adeūt. orātqꝫ doceri
Quę regio imperio puerꝝ iudęa teneret
Jam genitū. ſeſe ſtellę fulgentis ab ortu
Admonitos veniſſe via. quo ſupplice dextra
Exortum terris venerabile numen adorent
Territus herodes. vatum legumqꝫ peritos
Quiqꝫ ꝓphetarum veterum preſagia noſcunt
Imperio accitos. iubet omnia quęrere legis
Quo pateat: quę ſint genitalia mœnia chriſto
Omnia venturum ſpondent quem oracula vatum
Nūc manifeſtaꝛ bethleē ꝗ mœnib⁹ illū ¶ Michee. v.
Progigni maneat: cui ſacram ducere plebem
Iſraelitarum ſancta virtute neceſſe eſt.
Tunc iubet herodes perſas pertendere greſſum
Inventumqꝫ ſibi puerum monſtrare videndum.
Ecce vię medio. ſtellam pręcurrere cernunt
Sulcātem flammis auram: quę in culmine ſummo
Reſtitit: ⁊ pueri luſtrata habitacula monſtrat.
Gaudia magna magis redeunt: ſiduſqꝫ ſalutant
Et poſtqꝫ puerum videre ſub vbera matris:
Deiecti prono texerunt corpore terram
Submiſſiqꝫ ſimul: mox myſtica munera promunt
Thus. aurum. myrrham. regiqꝫ hominiqꝫ deoqꝫ
Dona ferunt: totam mox horrida ſomnia noctem
Sollicitant. ſęuumqꝫ iubent vitare tyrannum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deniqȝ diuerſis herodis calcibus aulam
Diffugiunt: patriamqȝ magi rediere latentes.

**Joſeph ab angelo ꝑ viſum admonitus: cū puero et matre eius in egyptum fugit: infantes occiderunt.** Mat. ij.

Ipſum etiam puerum monitis celeſtibus actus
Aegyptū cum matre ſimul tranſportat Joſeph
At ferus herodes ſibimet ſuccedere credit
Quem callens aſtris queſiſſet cura magorum
Quorum precauto diſceſſu ſollicitatus
Crudeli tinxit bethlemica compita cede
Infantes mandans: teneramqȝ ſub vbere plebem
Innocuam: in ſinibus rigido ſuccumbere ferro.
Hec etiam cedes olim ꝑſcripta manebat
Nā pius hāc vates diuino numīe doct⁹ Hiere. iij. ⁊ xxxi
Complorat: miſere ſobolis pro funere matres
Horrenda grauiter pulſabunt ethera voce;
Aſt vbi ſopitus furor eſt ⁊ ſeua tyranni
Infantum roſeo feritas ſaciata cruore
Extinxiſſe putat cunctos quos ꝑmus ⁊ alter
Annus letiferi miſerandus ceſſerat eui.

**Regreſſio Jeſu chriſti ex egypto.** Mat. ij

Mirandis rurſus deuinctus membra ſopore
Joſeph: vrgetur monitis mariam puerumqȝ
Aegypto ad patriam vectare: vbi nazara felix
Olim ꝑdictum puero dedit addere nomen
Dixit ⁊ alterius quondā ꝑnuncia vatis Oſee. xi.
Vox inſtructa deo: veniet veniet mea proles
Aegypto ex alta: terris lumenqȝ ſaluſqȝ
Creſcebat rapidis annoꝝ greſſibus infans

Occurrens euum ſapientia preueniebat
Omniaqꝫ in vultu ⁊ verbis veneranda micabant

**¶ Jeſus inuentus in medio doctorū. ⁊ ſubditus erat Marię ⁊ Joſeph. ¶ luce. ij.**

Et iam biſſenos qui comprenderat annos
Cum paſchę ritum ſeruando ex more parētes
Ad templum lęti puerum perducere feſtis
Omnibus annorum vicibus de more ſolebant.
Ergo aderant paſchę pariter: cunctiſqꝫ diebus
Feſtorum impletis: patriam remeare parabant:
Tum puer in populo comitis veſtigia matris
Deſeruit: templiqꝫ libens ſecreta petiuit
Jllum ꝑ vicos vrbis: perqꝫ abdita tecta
Perqꝫ vię ſtratas. ꝑ notos: perqꝫ ꝓpinquos
Querebat genitrix: ſed lux vbi tercia venit
Ad templum ꝓpere remeat vatumqꝫ choreis
Jnuenit inſertum: legumqꝫ obſcura ſenili
Tractantem cętu: vix admiratio digna
De pueri verbis ſenibus fuit: at pia mater
Nate ait amiſſum lachrymis te quęro profuſis
Anxia cū genitore gemens: quę cauſa parentum
Secernit greſſu: templiqꝫ in ſede retentat?
Jlle aūt quid me tantū quid queritis inquit
An nōdum ſentis genitrix ꝙ iure paternis
Sedibꝫ ⁊ domibꝫ natum eſt habitare neceſſe?
Hęc ait: ⁊ greſſum ſociat: patriamqꝫ reuiſit:
Nec genitrix tanti perſenſit pondera verbi
Ordine cuncta tamē cordis ſecreta reſeruant.
At puer obſequijs apte prędulcibus ambos
Ad ꝓprium ſemꝑ cogens nectebat amorem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**De baptiſmate Joãnis in iordane: & de victu & habitu eiuſdẽ Chriſtꝰ baptiſatꝰ: celũ apitꝰ. vox patris auditur. Mat. iij. Mar. i. Lu. iij. Jo. p.**

Interea veteris ſcripti per debita currens
Omnia ſeclorum ſeries promiſſa trahebat.
Zacharię ſoboles: deſertis vallibus omnes
Ad deponendas maculas clamore vocabat
Fluminis vt liquidi caperent miranda lauacra
Quis animę ſpecies abluta ſorde niteret:
Eſaias vates cecinit quod numine iuſſus. Eſa. xl.
Vox late reſonat deſertis vallibus: amplas
Sternite iam ſtratas. omnis ſit recta viarũ
Semita: quę domini plantis calcanda beatis
Subſidẽt colles: vallis complebitur omnis
Corriget anfractus: callis bona linea recti
Corporeiſqꝫ oculis lumen tractare ſerenum
Omnibus indulget genitor dominuſqꝫ ſalutis.
Ergo aderant populi: paſſimqꝫ hinc inde ruentes
Complebant ripas: auidiqꝫ lauacra petebant.
Texta camelorum fuerant velamina ſetis:
Et zonę pellis: medium cinxere ꝓphetam:
Edere locuſtas ſolitus ruralibus aruis:
Et tenuem victum ꝓbent ſilueſtria mella:
Uſqꝫ vbi tot populos diuerſis ſedibus ortos
Irruere ad fluuium cernit: ſic increpat ore.
Uipereę gẽtis ſoboles: quis debita vobis
Supplicia: vrgẽteſqꝫ iras euadere monſtrat:
Sꝫ facite o miſeri fructum (ſi penitet) aptum
Nec generis veſtri tollat fiducia mentes

Nam potis eſt dura ſuperum rex cote creare
Progeniem: quando ſoboles ſua degener errat.
Proxima roboreis iamiam radicibus inſtat
Cunctorum ante oculos: acies ſublata ſecuris
Cedentur ſiluę ſteriles: ignemqꝫ fouebunt.
Nunc ego p̄teritas maculas in flumine puro
Abluere inſtitui: veniet ſed fortior alter
Cuius vincla pedum: non ſum contingere dignus.
Abluet ille homines ſancto ſpiramine mergens:
Flammarumqꝫ globis purgabit noxia corda.
Illius ⁊ manibus ruralis pala tenetur
Et ꝓpria ipſius purgabitur area frugum.
Horreaqꝫ implebit ſecreti copia farris
Aeternuſqꝫ leues paleas populabitur ignis.
Hęc ait: ⁊ ꝓperis ꝑ ſiluam paſſibus ipſum
Cernit iordanis veneranda lauacra petētem.
Sȝ vetat increpitans vates: ⁊ talia fatur.
Tu ne meis manibus: digneris mergier vndis
Cum tua me melius poſſint purgare lauacra?
Dixit ioannes? Cui talia reddit Jeſus.
Nunc ſine: nam decet hoc: ſic ſancta ꝑ omnia nobis
Juſticię conſectandus complebitur ordo.
¶ Hęc memorans: vitreas penetrabat fluminis vndas.
Surgenti manifeſta dei pręſentia claret
Scinditur auricolor ſeptēplicis ęthera cęli
Corporeamqȝ gerēs ſpeciem: deſcēdit ab alto
Spiritus: aeream ſimilans ex nube columbam
Et ſancto flatu corpus perfudit Jeſu.
Tunc vox miſſa dei. longum per inane cucurrit
Ablutumqȝ vndis chriſtum: flatuqȝ percunctum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alloquitur. Te nate hodie ꝑ gaudia teſtor
Ex me progenitum: placet hec mihi gloria prolis.

**Poſt ieiuniū quadraginta dierum ⁊ noctium ieſus tēt atus eſt ⁊ vicit. Mat. ⁊ Lu. iiij. Mar. i.**

Tunc petit vmbroſos montes: ⁊ luſtra ferarum
Obſequiumq; illi: patris p̄bere miniſtri
Certabant: rabidi mox liuor demonis atram
Cum terrore rapit mētem: nec defuit egro
Tentandi interea chriſtum ꝟſutia fallax.
Quadraginta illi fuerant ex ordine ſoles:
Ex quo nulla cibi potuſue alimēta dabantur.
Sʒ contexta ſimul firmi ieiunia cordis
Terrarum ad regnum: mētis ſecreta tenebant.
Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.
¶ Horrēdi interea ſceleris fallacia tētans
Si te pro certo genuit deus omnibus inquit:
His poteris ſaxis forti ſermone iubere
Vſum triticei formamq; capeſcere panis.
Chriſtus ad hec fatur: nil me iam talia terret
Nam memini ſcriptum: q̄ non ſit ſola datura ¶ Deu. viij.
Vitam credētis facilis ſubſtantia panis:
Sʒ ſermone dei complet pia pectora virtus.
¶ Rurſus at ille dolos ꝟſutis artibus aptans
Flectere tētator properat: nam menibus vrbis
Mox inferre pedē ſenſit: vis liuida chriſtum
Culmine marmoreo tēdit conſiſtere tēpli
Tunc ſic aggreditur vocis fallēte veneno.
Si deus ē vere genitor tibi: culmine tēpli
Aera ꝑ vacuum ſaltu iaculabere corpus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Teſtis erit ſcriptura tibi quę ſpondet apte
Mandatum ſummi genitoris id eſſe miniſtris ☞ Pſal.xc.
Ut lapſum ſtudeant caſu defendere corpus
Et famulis manibus curēt tua mēbra leuare
Ne lapidis ledat ſummas offenſio plantas.
Reddidit ijs dictis chriſtus contraria dicta
Me meminiſſe magis ſcripti cęleſtis oportet ☞ Deute.vi.
Ne vires domini fidēs audacia tentet.
☞ Rurſus in abrupti montis conſiſtere celſis
Mox furibunda magis ſenſit fallacia chriſtum.
Oſtendēs illi fulgētia regna ꝑ orbem:
Cernis ait quę ſit tantarum gloria rerum:
Cuncta tibi poſſum iam iam concedere regna:
Talia donantē ſi me veneratus adores.
Tum ſic inſtantē reiecit dictis Jeſus
Effuge peſtiferi rabies veſana veneni
Hęreat vt ſemꝑ nobis immobile iuſſum: ☞ Deu.vi.
Ut iuſtus cęli dominum deuotus adoret
Unius ⁊ famulans veneretur nomē in euum.
Talibus excuſſus fugit ꝑ deuia demon.

## ☞ Jeſus Joāne capto: receſſit in galilęam Mat.iiij. Marci.primo

ILle vbi Joannē cognouit carceris vmbris
Submerſum: triſti compreſſit corde dolorem:
Finibus ⁊ ſtatuit zabulonum ponere ſedes.
Ut dictum Eſaię concurreret ordine ſęcli ☞ Eſaię.ix.
Terra zabulonum ⁊ regio cui neptala nomē
Et via trans pelagus longe galilęaq̨ȝ rura
Trans ⁊ iordanem: gētes populiq̨ȝ tenebris
Incluſi: magnum lumē ſubitumq̨ȝ videbunt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In mortiſqȝ illis vmbra reſidentibus: alma
Exoritur fidei reſplendens luce voluntas
Ergo inſtare dei regnantis munera chriſtus
Nunciat: increpitans pconia larga ſalutis

**Petr̄ ꝛ Andreā Joānem ꝛ Jacobū piſcatores cōuocauit. Mat. iiij. Mar. p̄mo**

PReterienſqȝ videt ponti ꝑ littora fratres:
Preſolidum ſimonem dignum cognomine petri
Andreamqȝ: ſimul ſinuoſa volumina lini
Piſcibus inſidias: diſponere marmoris vndis.
Nunc inquit piſces capitis maribus eſtibus altis::
Sed me ſi libeat ſectari: fortia vobis
Prouenient hominum prepulchra indagine lucra.
Illi confeſtim firmato pectore certi
Retibus abiectis: pariter p̄cepta ſequuntur
Poſt fratres geminos Jacobum Joannēqȝ: marinis
Inſidias gregibus: maculoſo innectere textu
Ut vidit: ſimilemqȝ dedit de littore vocem.
Illi zebedeum genitorem in puppe relinquunt
Ilico ſectantes pulcherrima iuſſa ſalutis.

**Jeſus galileā circuiēs penitētiam p̄dicat ꝛ varios lāguores hominuȝ curat Matthei. iiij. Marci. iiij. Joannis. vi.**

EX in ꝑ terram galilee: ſancta ſerebat
(Inſinuans populis) regni preconia chriſtus.
Donabatqȝ citam inualidis egriſqȝ medelam.
Et mox crebra procul. Syriam iam fama tenebat
Mille ſonans linguis: p̄ſentia munera chriſti.
Deniqȝ certatim languores tabe pereſos

Diuerſisq; malis nexos: quis longa dolore
Abſumpſit populans membrorum robora tabes
Monſtrabant chriſto: facili ſed munere cunctos
Reddebat, ꝑpere miranda ad gaudia ſanos.
Jamq; animę ipſius morbi: ſęuiq; furores
Et lunę curſum comitata inſania mentis
Diſceſſere: graui ſermonis pondere iuſſa.
¶ Jllum ſtipantes miracula magna mouentem
Mixtę ſectantur turbę: ſolymiq; ſyriq;
Et iudęa frequens populis: galilęaq; plebes:
Quos & iordanis dirimit ſtagnante fluento.

## ¶ De octo beatitudinibus & multis aliis per ordinem. ¶ Matthei. v. & Lu. vi.

Hos populos cernens: ꝑcelſa in rupe reſedit
Ac ſi diſcipulis gremium cingentibꝫ infit.
Fęlices humiles: pauper quos ſpiritus ambit
Jllos nam cęli regnū ſublime receptat.
¶ His ſimiles mites. quos manſuetudo coronat
Quorum debetur iuri: pulcherrima tellus:
¶ Hic modo lugentes: ſolatia digna ſequentur.
¶ Pabula: iuſticię qui nunc potuſq; requirunt
Jllos plena manet ſaturandas copia menſę:
¶ Fęlix qui miſeri doluit de pectore ſortem
Jllum nam domini miſeratio larga manebit:
¶ Fęlices puro cęlum qui corde tuentur
Uiſibilis deus iis p ſęcula cuncta manebit:
¶ Pacificum deus in numerum ſibi prolis adoptat.
¶ Fęlices nimium quos inſectatio frendens
Propter iuſticiam premet: iis mox regia cęli
Pandetur: gaudete operum quos iuſta tenentes

Urgebit preceps ſtimulis iniuria ſeuis.
Plurima nam merces vobis ſeruatur in ethra
Nanq̧ ꝓphetarum fuit inſectatio talis.

**¶ Apl'os ſal tre vocat ¶ Mat. v. Mar. ix Lu. xiiij**

Diſcite vos hac in terra ſalis eſſe saporem
Hic ſapor: amiſſa ſi iam virtute ſeneſcit
Que ſalis abſumptos acuet ſubſtantia guſtus?
Nec quiſquã vani poſt hec ſupeſt ſalis vſus:
Ni longe abiectum: cuncta vt veſtigia calcẽt.

**¶ Jidem lumina mundi dicuntur.**
**¶ Mat. v. Marci. iiij. Lu. viij. & xi**

Vos eſtis mundi clarũ (ne abſcondite) lumen
Nam quis precelſis impoſtam rupibus vrbẽ
Occultare queat: veſtrum ſ3 lumẽ ad omnes
Proueniat. rerumq̧ decus ſub luce ſerena
Ponatur: cunctis genitoris gloria veſtri.
Laudetur: celſi thronus eſt cui regia celi.

**¶ Q' nõ venerit ſoluere legẽ ſ3 adimplere**
**¶ Matthei. v.**

Non ego nunc priſcas leges diſſoluere veni
Vertere nec veteres ponunt que iuſſa ꝓphete
Omnia nam vobis ꝑ me complẽda manebunt.
Vera loquor: donec celi terreq̧ mariſq̧
Interitus veniat: legis ne littera ſaltem
Aut apicis parui gracilis diſtinctio deerit
Omnia quin fiant digeſto ex ordine ſecli.
Si quis eñi minimam mandati ſoluere partẽ **¶ Jacobi. ij**
Auſus erit: ꝑiterq̧ homines ſuadẽdo docebit
Hic minimi nomẽ celeſti in ſede tenebit.
At quicũq̧ opis ꝓprij moderamina ſeruans

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inuiolata: ſimul tradet p̄cepta priorum
Magnus erit: magniq̨ feret trans ſidera nomen.

### De homicidio ¶ Mat. v.

Audiſtis veteris iuſſum moderamine legis ¶ Exo. xx.
Humano ſi quis macularit ſanguine palmas
Ille reus: ferro pſoluet vindice pęnas.
Aſt ego p̄cipiam ne quis conſurgere in iras
Audeat: at q̨ odio fratris feruēte moueri.
Nam reus hic: ęquo pęnas ſub iudice reddet.
Nec minor illorum conuicia flamma ſequetur
Qui fatui miſeri vecient ſub nomine fratrē.

### De oblatione ¶ Mat. v.

Sin offerre voles: venerans altaria donis:
Et tua tunc tacitę mētis penetralia tangēt
Quod tibi ſit cū fratre domi ſuſcepta ſimultas
Munera cuncta ad ytis illic ad mota relinque:
Et prius ad pacē ſperans tranſcurre petēdam.
Fraterno demum iam conciliatus amori
Offer grata deo tranquillo pectore dona.

### ¶ Aduerſario virtuti ſcꝫ ⁊ rationi q̄ viciis aduerſantur cōſentiendū eē in via hoc ē in vita ⁊ rōnis dictaminibus parebimus ¶ Mat. v.

Eſt tibi p̄terea ſemꝑ contraria virtus
Corporis hoc caſti celeri curetur amore:
Dum rapide tecū graditur ꝑ compita vitę.
Accuſabit em̄ polluti corporis vſus
Et te ſublimi ſtatuet ſub iudice vinctum
Damnatum rapient ad vincula ſęua miniſtri
Nec prius e tenebris ſolueris carceris atri
Ultima q̨ minimi reddatur portio nummi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

❡ De adulterio. ❡ Mat. v. Exodi. xx.

Haud ignota reor vobis ſtat cautio legis
Corpus adulterio prohibẽs: ſed nunc mea iuſſa
Occulta interne frenẽt molimina mentis
Nec minus optati ꝙ̃ facti pena luenda eſt

❡ De oculo eruẽdo & manu ãputãda. Mat. v

Si te forte oculi dextri laqueauerit error
Auctorem miſer ꝓperans conuellito labis
Et iaculare ꝓcul: nam membrum perdere preſtat
Exiguum: flammis ꝙ̃ totum tradere corpus
Perpetuiſqȝ animam pariter conuoluere penis:
Ex ſi dextra manus mentem ꝑ deuia ducit
Erroris cauſam magis vtile vellere ferro
Quam totum eternis corpus concedere flammis.

❡ Vxorẽ nõ niſi ob adulteriũ dimittendam.
❡ Matthei. v. & xix. Mar. x. Lu. xvi.

Precipiũt veteres: ſi q̃s cõnubia rumpit ❡ Deu. xxiiij
Scribere diſcidium iuris feralia verba.
Sola viri recte diſcedet adultera tectis
At alie maneant: nam caſti iura pudoris
Auctore amittet mulier deſerta marito.

❡ De iuramẽtis ❡ Mat. v. Leuitici. xix.

Antique leges ꝓhibent periuria linguis
Sed noſtris cedat iurandi audacia iuſſis
Nec fas eſt homini: celum iurare ꝑ altum
Quod ſedes dñi: nec que veſtigia geſtat
Terra dei: Solyme ve vrbis venerabile nomen:
(Regis magni patria eſt) iurabitur vnꝗ̃.
Nec caput in ꝓprium cuiꝗ̃ iurare licebit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nancꝫ poteſtatem minimi non eſſe capilli
Cernitis. album ve aut nigrum mutare colorem.

¶ Qualis erit reſpōſio ⁊ q̄ v̄ba interrogāti reddemus. ¶ Mat. vi. Jacobi. v.

EST eſt ſufficiat: quod non eſt: dicere non eſt
Quod ſupeſt iſtis: totum fallaciter egro
Suggerit obreptans animo vis tetra veneni.

¶ Qualem q̄ſqꝫ inflixerat penā: talē ipſi ſuſtinere cogebatur par pari veteri lege refercbatur ¶ Matthei q̄nto. Exodi. xxi. Leuitici. xxiiij. Deuteronomij. xix.

PEruulgata diu legis p̄cepta tenetis
Lędentem ſemꝑ ſimilis vindicta ſequatur
Sed tranquilla malum melius patiētia vincet.
Ac ſi quis ꝑtem palma ꝑcuſſerit oris:
Mox aliam partē vultus p̄bere memēto.
Auferat aut tunicam ſi quis vi iudicis inſtans
Cede libens: pariterqꝫ ferat tua pallia ſecum.

¶ Hoſti vrgēti ad īfeſta inſeruiendū. Mat. v

SI te forte aliquis paſſus ꝑ mille iubebit
Ire viam: grauis atqꝫ oneris ꝑferre laborem
Mox perges: aliudqꝫ vię comitabere duplū

¶ De elemoſynis erogādis ¶ Mat. v

SI quis egens poſcet: vel ſi ſimulabit egētem
Ex animo miſerās largire: aut mutua ſi quis
Orabit: tribue ⁊ mitem ne ſubtrahe vultum

¶ Inimici diligendi ſunt. Mat. v. Lu. vi.

NEc tibi ſit placitum: ſolis ſuccurrere amicis
Aut cęcis odijs inimicos ducere dignos
Quin ego p̄cipiam: ſemꝑ blando eſſe ꝑ omnes

Obſequio: p̄cibuſq3 deum mollire benignis.
Pro vita ipſorum qui vos excindere gaudēt:
Adverſiſq3 truces animis odiiſq3 ſequuntur.
Nam genitor noſter communia lumina ſolis:
Communeſq3 dedit pluuias iuſtiſq3 maliſq3.
Quod ſi coniunctos tantum veneramur amicos
Quis locus hic iuſtę poterit mercedis haberi?
Seruit amicicię tantum gēs dedita lucris
Sed vos p̄fecti ſimiles eſtote parēti.

**¶ Oſtentatōem inanem in bonis operibus vitandam eſſe. ¶ Matthei. vi.**

SI cui iuſticię pandetur pulchra facultas
Deuitate oculos hominum nam nulla manebit
Merces in cęlo quę factum tale ſequatur:
Applaudet tantum ſterilis iactatio vulgi.
Sz quod dextra facit. facias neſcire ſiniſtram
Conueniet: iuſtis meritis tunc digna repēdet
Occulti ſolus ſcrutator p̄mia cordis.

**¶ Captationē laudum in oratione declinādam. ¶ Matthei ſexto.**

SUnt quos pręttumidę tollit iactatio mētis
Et p̄cibus p̄priis gaudēt aſſiſtere turbas.
Multifluiſq3 diē verbis ducēdo fatigant
His votis pompę fructus ſuccedit inanis.
Sz ſecreta domus p̄cibus penetralia caſtis
Claudantur. pauciſq3 deum venerabere v̄bis
Scit pater ipſe: tui quę ſit trepidatio cordis
Nil abſente deo loquimur. nil abdita clauſum
Pectoris antra tegunt: p̄ns deus omnia cernit.
His igitur votum placeat concludere v̄bis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Oratio dn̄ica. Mat. vi. Luce. xi.

PATER NOSTER

Sidereo genitor reſidēs in ꝟtice cęli
Nominis oramus veneratio ſanctificetur
In nobis pater alte tui: tranquillaq; mundo
Adueniat: regniq; tui lux ampla pateſcat.
Sic cęlo: vt terris fiat tua clara voluntas
Uitaliſq; hodie ſancti ſubſtantia panis
Proueniat nobis: tua mox largitio ſoluat
Innumera indulgēs erroris debita praui.
Et nos haud aliter cōcedere fęnera noſtris.
Tetri ſęua procul tentatio dęmonis abſit.
Eq; malis tua nos in lucē dextera tollat.
Tunc etenī genitor populis delicta remittet
Si veſtra alterni vobis peccata velitis
Cędere: nec durum erratis intēdere pectus.

## De ieiunio Matthei. vi.

Sunt etiam ꝑgrata deo ieiunia plebis
Sʒ propriam multi faciē fędare laborant
Quo vanam captēt hominum ieiunia famam.
Tu ꝟo ⁊ grato crinē madefactus oliuo
Lętantē puris de fontibꝫ ablue vultum.
Ut ſolus genitor deuoti pectoris aptum
Seruitium cernēs: laudet meritumq; repēdat.

## Terreno theſauro nō eē imminēdū ſʒ cęleſti Matthei ſexto

Vanum eſt defoſſis terra inuigilare talētis
Illic ęrugo ⁊ tineę dominantur edaces.
Cunctaq; diripiunt fures egeſta latebris.
Condite theſauros vobis in ꝟtice cęli

Non erugo illos tineęue aut horrida furum
Pactio diripiet: vobis vbi condita res est
Illic corda etiam simili ditione tenentur.
Corporis est lumē quo publica lumia cernis ❡ Lu. xi.
Sed si pura acies oculis simplexq̀ʒ nitebat
Clare totius splendebūt corpis artus.
Sin vero neq̀ʒ fuerit: prauūq̀ʒ videbit:
Obscurę incumbent sup omnia mēbra tenebrę.
In nigras lumen sed si cōuertitur vmbras
Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris.

**❡ Sup hoc Nemo pōt duobus dn̄is seruire: nimiā curā de esca & vestimētis e corde elimādam nec plus ęquo solliciti erim⁹ ❡ Mat. vi. Lu. xvi**

Nemo potest dn̄is ęque seruire duobus
Vnius aut odijs cedet vel cedet amori.
Nec pariter dn̄m seruus patietur vtrūq̀ʒ.
Haud vnq̀ʒ poterit quis diuitijsq̀ʒ deoq̀ʒ
Inseruire simul: sed vos hęc iussa tenete.
Sollicitet ꝓprio ne vos ꝑ corpe vestis ❡ Mat. vi. Lu. xij
Neu faciles victus ęgra disquirite cura
Nōne aīam pluris facimus q̄ʒ corpis escas?
Haud dubitet corpus q̄squam ꝑponere vesti
Aerias spectemus aues: nō vomere presso
Terga soli subigūt iaciunt nec semina farris
Aut segetū culmos incurua falce recidunt.
Proueniet tamē his facies potusq̀ʒ cibiq̀ʒ.
Nōne deo magis est hominū curatio cordi?
Nec dignū fuerat: vestis suspēdere curam
Pectoribus: si nunc habitam transire figuram
Per se nemo potest: aut q̄cq̀ʒ imponere mēbro

Cernite per pingues agros vt lilia florent
Non vlli tamẽ ijs vnq̃ȝ incubuere ligones.
Nec ſalomona gra uẽ cum regni diuitiis aula
Afflueret: talis contexit gratia veſtis.
Quod ſi pratorũ fruticumq̃ȝ virẽtia leta
Ipſe deus veſtit: noſtris obnoxia flammis.
Cur vobis potior non eſt fiducia patris?
Ergo cibum potum veſtẽq̃ȝ ⁊ inania cuncta
(Gentibus infidis) terrenam linquite curam.
Vos potius digne celeſtia querite regna
Juſticiamq̃ȝ dei: ſpontanea cetera currunt.
Craſtina nec vobis curetur copia rerum:
Quiſq̃ȝ dies ſibimet ſatis eſt pro fraude diurna.

## ¶ Nõ eſſe temere iudicandũ ⁊ de feſtuca ⁊ trabe in oculo: margaritas nõ ante porcos ponẽdas

## ¶ Matthei. vij. Luce. vi.

IUdicium veſtrum fugiat damnatio ſeua.
Nam dominus veſtri iuris documẽta ſequetur:
Quecũq̃ȝ in terris ſtatuetis tempora capti:
Hec eadem vobis genitor ſeruabit in ethra:
Mẽſuram tibi quã ponis portare neceſſe eſt:
Cernis adherẽtem feſtucam in lumine fratris
Nec tamẽ in ꝓprio lignum conſiſtere ſentis:
Atq̃ȝ oculum prius alterius purgare laboras.
Diripe ſed ꝓprio fallax de lumine trabem:
Tum minimam alterius curabis demere ariſtam
Ne canibus ſanctum dederis tu. ne ve velitis
Turpiter immundis iactare monilia porcis:
Nãq̃ȝ illa in ceno pedibus ſubiecta iacebunt:
Cõuerſiq̃ȝ ſues vaſto vos vulnere rumpẽt:

¶ Petendũ quęrendũ ⁊ pulſandum eſſe.

¶ Matthei. vij. Lu. xi. Jo. xvi.

POſcenti dabitur: quęrens inuenta tenebit
Pulſantiqꝫ aditus foribus pandetur apertis.
Vos homĩes natis panem poſcentibus omnes
Non lapidẽ dabitis: piſcem ve petẽtibus anguem?
Vos inquã rigidi quibꝫ alte eſt inſita cordi
Duricies: veſtris dabitis ſemꝑ bona natis.
Indulgẽs homini genitor bona mitia digne
Quã pręſtare magis gaudet poſcẽtibus ęquis.
Quę cupitis vobis hominũ benefacta venire ¶ Thob. iiij
Hęc eadem veſtro cunctis pręſtate fauore
Hęc legis ſumma eſt: hoc ius dixere ꝓphetę.

¶ Lata eſt via quę ducit ad perditionem.

¶ Matthei. vij. ⁊ Luce. xiij.

ITe per anguſtam iuſti ſuꝑ ęthera portam
Quã lata ⁊ ſpacioſa via eſt quę limite lęuo
Pręruptũ cõuoluit iter caligine mortis
Innumeręqꝫ illam penetrant ꝑ prona caterue.

¶ Anguſta ẽ via q̃ ducit ad vitã ¶ Mat. vij

VItalis vaſtis ſtipatur ſemita ſaxis
Celſaqꝫ vix paucos ducet ꝑ ſcrupea virtus.
At ſi quos nimium fallax illexqꝫ malorum
Planicies: ſuaſit deformi lubrica lapſu.
Arripit hos pronoſqꝫ trahit velut impetus amnis
Aut alacer ſonipes ruptis effrenus habenis
Aut rectoris egens ventoſa ꝑ ęquora puppis.

¶ De pſeudo ꝓphetis ⁊ hypocritis ¶ Mat. vij

OBſeruate illos: falſo qui nomine vobis
Inſidias faciunt: appellanturqꝫ ꝓphetę.

Hos ouium species veſtit: ſed ſeua luporum
Pectora fraude tegunt: lacerātq̃ incauta trahentes
Agmina credentum: ſeuus quos decipit error.
Fructibus ex ꝓprijs noſcūtur talia monſtra
Queq̃ petat finem fallax doctrina videndum eſt.
Quapropter rerum molitio perſpiciatur.
Nam neq̃ de tribulis ficus nec ſentibus vuas
Prouenisse vnq̃ ruris ꝑ terga notaſtis.
Utq̃ arbor ꝓprio veſtitur germine pomi
Sic dolus illorum fructu monſtrante pateſcit.

**Sup̄ hoc. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit regnum celorum.**

**Matthei octauo.**

NOn ego palpantum verbis ⁊ honore mouebor
Nec me q̄ dominū ꝑ blanda adulatio dicit
Premia celeſtis capiet ſpontanea ſedis.
Illi ſed merito gaudebunt munere regni
Qui faciunt noſtri genitoris iuſſa volentis.
Adueniet mox ſumma dies: que iure ſeuero
Premia iuſticie tribuet: ſceleriq̃ gehennam.
Tum mihi multorum clamabit talia fletus:
Nōne tuo quondam nobis ſub nomīe virtus
Extitit: ⁊ noſtris parebant omnia iuſſis.
Sepe etiam noſtra eſt vox annumerata ꝓphetis:
Seruiuitq̃ tuo nobis ſub nomine demon.
Tunc iurabo illis quod talis cognita nunq̃
Uita mihi eſt hominum: geſtis que ſordet iniquis.

**De domo edificata ſup̄a petrā vel arenam.**

**Mathei. vij. Luce. vi.**

QUiſq̃ meis monitis: aureſq̃ ⁊ facta dicabit:

Hunc ęquabo viro: ſolidis fundamina ſaxis.
Ponenti: librata ſuꝑ quę męnia ſurgent.
Illa domus pluuijs ventiſqʒ illęſa manebit
Torrentumqʒ minas firmato robore vincet:
Hęrent immoto quoniã fundamine petrę.
Qui vero auditu tm̃ mea iuſſa tenebit.
Diuerſiſqʒ procul factis ꝑ lubrica ꝑget:
Hunc ſimilem faciam volucri qui fulcit harena
Fundamẽta domus: cui mox vt flamina vẽti
Et pluuia effuſis cępere incumbere riuis
Omnis ſubuerſo procumbit pondere moles
Inſequiturqʒ graui tectorum ſtrage ruina.

## ¶ De admiratõe in populo orta ex ṽbis ieſu chri
## ¶ Matthei. vij. Mar. p̃. Lu. ij. z. iiij.

Talia dicentẽ magna admiratio plebis
Immẽſum ſtupuit: qm̃ tranſcẽderet alte
Doctrinam veterum: chriſto conceſſa poteſtas.

## ¶ Ieſus deſcendẽs de mõte leproſum curauit
## ¶ Mat. viij. Marci p̃mo. Lu. v.

Deniqʒ linquentẽ celſi faſtigia montis
Stipabat gaudẽs populorũ turba ſequẽtum
¶ Ecce ſed horrẽda cõfixus viſcera tabe
(Quem toto obſeſſum fędarat corpe lepra)
Procubuit venerans iuuenis: chriſtumqʒ p̃catur.
Ut careat tandẽ languoris pondere tanti
Sufficiat voluiſſe tuum Tum dextera chriſti
Attactu ſolo purgauit lurida membra.
Incolumiqʒ dehinc cęlare hęc gaudia iuſſit
Et legi parens: offerret munera templo

¶ Quod puerum Centurionis paralyticum cu-
rauerit. ¶ Matthei. viij. Luce. vij.

Inde recedenti: ſupplex ſe protinus offert
Centurio: ⁊ p̄cibus proiectis talibus orat
Impubis pueri cruciatur ſpiritus eger:
Cuius cuncta tepẽs mẽbrorum munia languor
Diſſoluit: vitamq; tenet iam pęna ſupſtes.
Sed iuſſu miſerere p̄cor: nam tecta ſubire
Crimina noſtra vetant: vitę luciſq; parẽtem.
Nunc ꝟbo ſatis eſt iubeas remeare ſalutẽ.
Subiectos mihi ſepe viros. ſic noſtra poteſtas
Officijs ꝟbo iuſſis parere coegit
Dixerat. Ille viri motu p̄cibuſq; fideq;
Talia cõuerſus pp̄lo dat dicta ſequenti.
Haud vnq̄ꝫ talem memini me gẽtis auitę
Inueniſſe fidem: ſed veris diſcite dictis:
Ex multos homines diuerſis partibus orbis
Progenitos: cęli regnũ ſublime vocabit:
Cum patribus noſtris vitali accũbere menſę.
Progenies quorum cęcis dimerſa tenebris:
Dentibus horrẽdum ſtridẽs: fletũq; frequẽtans:
Perpetuis pęnã cruciatibus acta ſubibit.
At tibi iam: iuuenis mẽtis virtute fidelis:
(Ut credis) veniet fructus cum luce ſalutis
Dixerat: ⁊ dicto citius cum voce loquẽtis:
Ad puerum celeris percurrũt munera verbi.
Ingreſſuſq; domum miles ꝓperante recurſu:
Pręueniſſe dei lętatur dona medentis.

¶ Socrum Petri febricitãtem tactu liberauit.

¶ Matthei. viij. Marci p̄mo. Lu. iiij.

Edes inde petri ſanctus penetrabat Jeſus
Cuius anhela ſocrus. ęſtu febriqꝫ iacebat.
Utqꝫ illi dextram tetigit ſaluator Jeſus
Sana miniſterium prębebat fęmina menſis.

## ¶ Incipit liber Secūdus Juuēci p̄ſbyteri.

### ¶ De plurimis curatis ⁊ ſcribe volēti eū ſequi dicit nō habere filiū hoīs vbi caput ſuū reclinet. Matthei. viij. ⁊ Luce. ix.

Nanqꝫ dies: prono decedēs lumine: pontum
Inciderat: furuamqꝫ ſuꝑ nox emula pallam
Sidereis pictam flām̄is: ꝑ inane trahebat:
Cum multos homines: mentis languore ruentes
Deuinctaſqꝫ animas ſcelerata dęmonis arte
Certatim populi cęca iam nocte ferebant:
Sed verbum chriſti: tanto languore remoto:
Omnibus indulgens: p̄bebat munera patris.
Ecce ſed exortus maior cum luce tumultus
Gratantis populi: cum turbis anxius ille
In mare veliuolum celſam deducere iuſſit
Diſcipulis puppim: p̄cibus tum ſcriba ꝓfuſis
Nauigio ſancti pariter poſcebat abire.
Illi chriſtus ait: quo me tu ſcriba ſequeris:
Uulpibus in ſaltu rupes excíſa latebram
Prębet. ⁊ aereis auibus dat ſilua quietem:
Aſt hominis nato: nullis ſuccedere tectis
Eſt licitum. gentis ſic ſunt molimina veſtrę:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶ Jeſus diſcipulo precipit vt eum ſequatur: patre inhumato relicto     Mat. viij.

Tunc e diſcipulis vnus ſic ore rogabat.
Ultima defuncto debentur munera patri:
Hinc ſpacium tribuat nobis tua ſancta voluntas
Ut liceat miſeri genitoris condere corpus.
Chriſtus ad hec: callem potius comitabere noſtrum
Et ſine defunctis defunctis condere terra

## ¶ Jeſum in naui dormientem excitat diſcipuli vt tempeſtatem ſedaret.

## ¶ Mat. viij. Marci. iiij. Luce. viij

Conſcendunt nauem: ventoq; inflata tumeſcunt
Uela ſuo: fluctuq; volat ſtridēte carina:
Poſtq̄ altum tenuit puppis: conſurgere in iras
Pontus: et immenſis hinc inde tumeſcere ventis
Uentorum rabies: mixtis hinc inde procellis
Cepit: et ad celum rapidos ſuſtollere montes:
Pontus et abruptos tollit trans ſidera montes:
Et nunc mole ferit puppim. nunc turbine proram.
Illiſosq; ſuper laterum tabulata receptat
Fluctus. diſiectoq; aperitur terra profundo.
Interea in puppi ſomnum carpebat Jeſus.
Illum diſcipuli pariter nauteq; pauentes:
Euigilare rogant: pontiq; pericula monſtrant.
Ille dehinc: quam parua ſubeſt fiducia vobis!
Infidos animos timor irruit: inde procellis
Imperat: et placidam ſternit ſup equora pacem.
Illi inter ſeſe timidis miracula miſcent
Colloquijs: Que tanta ſibi eſt pmiſſa poteſtas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod velit imperium cui ſic freta concitā vẽtis:
Erecteqꝫ nimis ſubmittant colla procellę.

## ¶ In terra geraſenoꝝ dęmonia expellit ab ho‑ mine quibus nomẽ legio ⁊ in porcos mittit.

### ¶ Matthei.viij. Mar.v. Luce.viij.

IAm geraſenorũ ſteterat ſub littore puppis:
Ecce ſed egreſſo iuuenis (mirabile dictu)
Occurrit. miſeram cui mentem ſpiritus ater
Horrẽda implebat lacerans virtute furoris.
Illi grata domus: tetris habitare ſepulchris
Nec poterat rapidum quiſquã retinere furorem:
Ferrea quinetiam rumpebat vincula mẽbris
Scindebatqꝫ graues vt lanea fila cathenas.
Et iam cõpedibus leuis: inſultare ſoluto
Ludus erat: ſaxiſqꝫ ferum concidere pectus.
Iſqꝫ vbi ꝑgentẽ chriſtum ꝑ littora vidit
Cum clamore ruit: longeqꝫ accurrit adorans.
Regnantis ſemꝑ dñi certiſſima proles
Oramus: ſolitę ne nos regionis ab oris
Excutias: longe tormẽtis excruciatos
Nam nomẽ legio eſt nobis: multoſqꝫ ſub vno
Nomine conſociat flatus vis ſola nocẽdi.
Cernis vt immundi ſubigunt hęc paſcua porci
His ſaltem liceat rabiem ſatiare repulſam
Per patris altithroni nomẽ ſublime rogamus.
Imperat ijs: hominis mentẽ dimittere chriſtus
Porcorũqꝫ ſinit gregibus finire furores
Iamqꝫ homĩs ſtupidum diſcuſſo dęmone pectus:
Inſperata ſuę veneratur dona ſalutis.

Et iam p̄cipites: ſcopulorū margine porci
In mare deiecti: ꝑperant diſꝑdere vitam
At vero e ſpeculis: miracula tanta pauentes
Diffugiunt: vrbiſqꝫ ruunt ad tecta ſubulci.
Et famam ſpargūt populoſqꝫ ad litora cogūt.
Inſanū vero iuuenē poſtq̄ꝫ reſipiſſe
Credere cernētum populorum turba coacta eſt:
Orabant pauidi regionem linqueret illam.

**Jeſus paralitico ſanato iuſſit ferre lectū.**
**Mat. ix. Mar. ij. Lu. v. Joānis. v.**

Inde domū repedat terrarū lumē Jeſus
Ecce reuertēti: iuuenis torpentia membra
(Officium quorū morbus diſſoluerat acer)
Ante pedes ponunt: tepido recubantia lecta
Quem miſerans aio: v̄bis compellat Jeſus
Aſſit certa tuę iuuenis conſtantia menti
Nam tibi p̄teritus vitę donabitur error
Hoc dictū ſcribę: mentis ꝑ operta malignę
Carpebant. q̄ verba dei virtute ferenda
Protulerat chriſtus: ſed pectora talia cernēs
Hoc inquit verbum ſcribarū dicta retrectant.
Quod quātum facile fuerit dixiſſe ſequētis
Et dicti ꝛ facti pariter virtute probabo
Ut mihi cōceſſum peccata remittere cernant.
Quapropter iuuenis firmato corpis vſu
Surge vigēs: ſtratūqꝫ tuū ſub tecta referto.
Surrexit: lectūqꝫ humeris iam fortibꝫ aptat
Per mediumqꝫ vigēs populi mirantis abibat.
Tūc timor ꝛ laudes dn̄i: ꝑ pectora plebis
Concelebrata: ſimul miracula lęta frequentant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Mattheũ ad apl'atũ vocat. mat. ix. mar. ij. lu. v**

PRogredıẽs tunc inde ad vectigalia: vidit
Conceſſu in medio mattheum: protinus illi
Diſcipulis herere iubet: nil ille recuſans
Imperio chriſti paret: gaudetq3 ſequutus.

**¶ Vocatio philippi ad apoſtolatũ Jeſus dicit Nathanaeli vidi te ſub ficu. ¶ Joannis p̃mo**

INde iter ingrediẽs: ſimili ſermone Philippum
Hortatur: comiteq3 ſuis aſciuit amicis.
Ille vbi cognouit chriſti vireſq3 viamq3
Tum primum iuſto concurrit Nathanaeli
En noſtris inquit conceſſum eſt viſere ſeclis
Quẽ voces veterum ꝛ ſancti cecinere pphete.
Hunc genuit veniẽs dauidis origine Joſeph:
Nazara cui felix patria eſt ꝛ nomẽ Jeſus.
Ille refert genuit quicq̃ ſi nazara (miror)
Quod dignum tantis vnq̃ virtutibus eſſet.
Inde Philippus ait: Cernis: dubitare quieſce:
Progredienſq3 vide. nam oculis ſpectare licebit.
Illum vbi tendẽtẽ longe reſpexit Jeſus
Vir ait hic iuſtus: cui pectora neſcia falſi
Virtutẽ puram ſeruans: ſine fraude maligna.
Ille ſub hec. vbinam vel quo me tẽpore noſti.
Cui dñs dicta hec diuino pectore promit.
Cum te diffuſe tegerẽt vmbracula ficus
Ante etiam quã te vocitarẽt ꝟba philippi
Vidit: ꝛ elegit comitẽ te ſpiritus auctor.
Talibus attoniti ſequitur vox Nathanaelis.
Progenies veneranda dei: rex inclyte gentis:

Tu populis terręq; ſalus: vitęq; magiſter.
Chriſtus ad hęc: facilis ſuaſit tibi credere virtus:
Arborea ꝙ te vidi recubare ſub vmbra:
Sed maiora dehinc rerum miracula reſtant
Cernetis pariter totum ſe ſcindere cęlum
Atq; dei celeres ęthram penetrare miniſtros
Inde hominis nato: claram deferre coronam.

## Jeſus vocatus ad nuptias ꝛ diſcipuli ei⁹ de aqua fecit vinū. Joānis.ij.

Interea thalamis connubia feſta parabant
In regione chanaan: vbi mitis mater ieſu
Cum nato pariter conuiuia concelebrabant.
Vina ſed interea conuiuis deficiebant.
Tum mater chriſtum ꝑ talia dicta p̄catur.
Cernis leticię iam defeciſſe liquorem
Aſſint nate bonis ex te data munera mēſis.
Illi reſpondet terrarum gloria chriſtus.
Feſtinas genitrix: nondū me talia cogit
Ad victus hominū: tēpus concedere dona.
Menſarum tunc inde vocat lętata miniſtros
Mater: ꝛ imperijs nati parere iubebat.
Sex illic fuerant ſaxis ꝑpulchra cauatis
Vaſcula: quę ternis apirent ilia metris.
Hęc iubet e fontis gremio cōplere miniſtros.
Pręceptis parent iuuenes: vndaſq; coronant.
Completis lapidum labijs: tum ſpuma ꝑ oras
Cōmixtas vndis auras ad ſumma volutat.
Hinc iubet vt ſummo tradant guſtanda miniſtro.
Ille vbi percepit venerandi dona ſaporis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Neſcius in vini gratum tranſiſſe liquorem:
Egeſtas nuper puris de fontibus vndas.
Increpat ignarum ſponſum: q pulchra reſeruans
Deteriora prius p menſas vina dediſſet.
His ſignis digne credentum diſcipulorum
Perpetuam ſtabili firmauit robore mentem:

## Jeſus emētes z vendētes eiecit de templo. Mat. xxi. Marci. xi. Lu. xix. Jo. ij.

Inde vbi iudeis aderant ſolēnia paſche
Ad ſolymos direxit iter: tēplumq ſubibat.
Repperit hic populum: venalia multa locantē
Pars vēdebat oues: pars corpa magna iuuēcum
Pars inhians nūmis: mēſas onerauerat ere
Reſtibus hic chriſtus connectit verbera flagri
Et tales populos ſancta pturbat ab ede
Et mēſas vertens: eriſq pfudit aceruos
Et ſup increpitans: procul hec auferte pphani
Ut meus hic genitor: non ſordida lucra colātur.

## Judei a ieſu ſignum petebant Joānis. ij. Mat. xvi. Marci. viij.

Tunc poſcēs ſignū plebes iudea fremebat
Quo fidēs: animos in talia facta leuaret.
Uentura obſcuris tunc chriſtus talia miſcet.
Soluite pollutis manibus venerabile templum
Hoc ego reſtituam: cum tercia lumina ſolis
Incipient: rutilum terris infundere lumen.
Hoc inter ſeſe tractantes: murmure ceco
Illud aiunt: vix ſex z quadraginta p annos
Conſtructum veteris regni molimine templum:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tu poteris tribus in ſpacijs renouare dierum?
Hoc ꝟbum quondam poſt tpa debita: digni
Cognouere viri: ꝙ prio de corpore chriſtum
Delubrum dixiſſe dei. ſed ſigna videntes
Tum multi cępere fidem: ſanctumq; ſequuti.

**Jeſus Nicodemo dicit de baptiſmate: ꝛ alijs multis. Joannis tercio.**

Nocte ſub obſcura: celſo ſublatus honore
E primorum procerum iudęi nominis vnus
Uenit: ꝛ ad chriſtum ſubmiſſa voce profatur.
Haud dubium eſt: quin larga dei te ſancte voluntas
Humanis lucem conceſſit ſurgere rebus
Nec quiſquã tantis tribuit miracula ſignis
Ni comitata diu iubeat ſplendeſcere virtus.
Chriſtus ad hęc: callis iuſti ſi culmina queris
Nullus ad excelſum poterit conſcendere regnum
Reddita ni penetret naſcendi exordia rurſus
Atq; nouam capiat diuino munere vitam.
Ille aũt tantis ſtupefactis corda loquelis:
Hoc inquit noſtrę nõ eſt cõprendere mentis
Quis poterit cęptę reuocare exordia vitę?
An rurſus ſenior matris correptet in aluum
Ut nouus in lucem veniat. vitamq; reuoluat?
Ille ſub hęc: liquido ſi quis de fonte renatus
Et flatu ſancto rudibus cõſiſtere membris
Ceperit: ętheream liber conſcendit in aulam:
Terrenum corpus terreno corpore natum:
Spiritus haud aliter ſimilem generat ſibi flatum.
Spiritus hic deus eſt: cui parent omnia mundi.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Hic cum vult: quocūqꝫ volat vocēqꝫ ꝑ auras
Jactat: ſed neſcis q̄ ſunt exordia vocis
Quāqꝫ petāt eius currētia flamina partem.
Quiſqꝫ igitur iuſtę repetit p̄mordia vitę
Hūc ſimilem ſancti flatus: reuigeſcere certū eſt.
Et iudęus ad hęc: nil horū cernere poſſum
Talia tum chriſtus: Solymorum magne magiſter
Iſraelitarum ſublimis gloria gentis:
Tu ne etiam mentē vitę de lumine raptam
Demerges p̄ceps: furuis miſerāde tenebris.
Nec potes obtuſo cōprendere talia ſenſu.
Ecce fides nulla eſt: tantū terreſtria dixi:
Quid ſi cęleſtis vires cōſcendere ſermo
Cęperit: ⁊ ſuperas rerū cōprendere formas
Quis veſtrū: duram poterit mihi pādere mentē:
Accipite ergo nouis q̄ ſit ſententia rebus.
Sidereum nullus poterit conſcendere cęlum
Niſi ſolꝰ cęli q̄ miſſus venit ab aula. ¶Ephe.iiij.
Idem homīs natus. cęli qui in ſede moratur
Ut ſerpēs olī vaſtę regioīs ī oris ¶Nume.xxi. Jo.viij.⁊ xij.
Moyſeis manibus ſummo ſublatus honore
Sic hoīs natum tolli in ſublime neceſſe eſt.
Ut quicūqꝫ fidem mentis penetralibus altis
Illius ad numen ſtatuet: ſub turbine ſęcli
Conculcet pedibꝫ lętum: trans ſidera ſurgēs
Sublimis capiet donū inuiolabile vitę.
Nāqꝫ deus mūdum tāta dilexit amore
Eius vt in terras deſcēderet vnica proles:
Credentes dn̄o vitę iunctura perenni.
Nec deus hūc natum diſq̄rere iure ſeuero

Iudicio vt truci: terras expēdere miſit.
Mitia ſed populis veniāt vt munera vitę
Nāqꝫ vbi certa fides fuerit cōplexa ſalutem
Non erit vlla illic anceps agitatio iuris.
Aſt vbi dona ꝓcul fuerint excluſa medelę
Iam ꝓpria ipſorū mentem dānatio torquet.
Vnica nam dn̄i fuit ijs incognita ꝓles.
Aduētum lucis miſeri fugere ſupnę
Et magis amplexi cęcas tenuere latebras.
Sic quicūqꝫ malis mētem maculauerit actis
Ad tenebras pauidus refugit: ne lumine claro
Sordida pollutę pateāt contagia mētis
At quicūqꝫ pię tenuit veſtigia vitę
In medium ꝓperat: lucemqꝫ niteſcere gaudet:
Splendeat vt claris ꝟtutis gloria factis.

**¶ Ieſus cū muliere ſamaritana loqͥt** ¶ Io. iiij

Ande galilęam repetit ſaluator ieſus:
Pretериēs ſed forte venit ſamaritida ſichen.
Illic fundus erat: iacob de nomine pollens:
Et puteus gelido demerſus in abdita fonte.
Sederat hic rapido ſeruator anhelus in ęſtu.
Diſcipuliqꝫ eſcas mercantes męnibꝫ vrbis
Paſſim diſperſi: ſolum liquere magiſtrum.
Męnibus egrediēs ſamaritis fęmina venit
Extractura cauis pueri penetralibꝫ vndas.
Olli chriſtus ait: laticis da fęmina potum.
Reſpondēs mulier: Mirū mihi pcipis inquit
Vt tibi iudęo: mulier ſamaritida potum
(Diſpernēs veterū ſamaritū iuſſa) miniſtrem:
Tum ſeruator ait. Domini ſi munera noſſes:

Et quis te ſitiens: putealia pocula poſcat:
Tu potius peteres: viuam tibi traderet vndam.
Illa ſub hęc: Puteus gremiũ ſinuatur in altum
Urceus eſt nullus: nec ſunt tibi vincula funis
Unde igitur poteris vndam mihi tradere viuam?
Num tu maior eris noſtri virtute parẽtis?
Hoc iacob etẽm puteo cũ prole bibebat:
Et ꝓprios huc ſępe greges ad pocula duxit.
Illi reſpondit mundi regnator ieſus:
Ex iſta plene nullus ſatiabitur vnda
Nam rurſus ſitiet: ſed noſtri dona liquoris
Ardorem excludẽt ęterna in ſęcla bibendi.
Dulcia prouenięt noſtri cui pocula fontis:
Largior, vnde fluet vitalis gratia fluctus.
Sed deſiderium noſtrę ſi te capit vndę
Excitus veniat tecum mox vrbe maritus.
Cõiugio ſeſe mulier negat eſſe reuinctam.
Tunc ſi proſequitur mẽtis ꝑſpector ieſus
Fęmina vęridicis loq̃ris de coniuge verbis
Nam tu connubijs nexa es iam quinqꝫ virorum:
Nunc aliena ſuꝑ thalamorũ vincula tollis.
Tum mulier: ſanctum te certum eſt eſſe ꝓphetam:
Sed noſtri iſtius venerandum montis in arce
Pręceptum nobis quondam liquere parẽtes:
At vos in ſolymis orandum dicitis oris.
Talia dicẽti: mox talia reddit ieſus.
En aderit tempus: monitis cũ vertice veſtri
Omnibus ⁊ ſolymis aberit veneratio longe.
Sed nunc certa ſalus iudęis ſurgit ab oris.
Et nũc inſtantis curſus iam tꝑis vrget.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cum veri ſanctum genitorem: errore remoto
Cultores: iuſtis armati legibus orent.
Spiritus ijs ac plena fides erit: ⁊ pater altus
Talia cõquiret cultorũ pectora: terris.
Illa dehinc. Scimus ꝙ chriſtus nuncius: orbi
Aduentu ꝓprio vitalia ſecula pandet.
Et tunc peccantum largus miſerator ieſus:
Se lumẽ terris chriſtum veniſſe fatetur.
Etiam diſcipuli reduces: ſtupuere magiſtrum
Quod ſecreta pijs potiretur fęmina verbis.
At properans vrnam mulier fontem ꝓpe liquit
Et populum totis eduxit męnibꝫ vrbis.
Omnia nam memorat. ſibimet ſermone ꝓphetę
Reſſerat ipſa ꝑus quęcũqꝫ ex ordine dicta:
Tum ꝓpere chriſtũ fuſę petiere catervę.
Diſcipuli interea rogitãt vt ſumeret eſcas.
Ille ſatis ſibi pulchrorũ ſuꝑeſſe ciborum
Reſpondit: ſed tum mirantum diſcipulorum
Inter ſe occultis currebat ſermo loquelis.
Forte aliq̄s prior hic epulas dedit ante magiſtro
Noſtras vt merito ſatiatus reſpuat eſcas.
Ille ſed internę cernens molimina mentis.
Hę mihi ſunt epulę: pectus ſatiabitur iſtud:
Si faciam magni genitoris iuſſa ꝑ orbem.
Quattuor hinc mẽſes: lętę ad ꝑmordia meſſis
Frugiferę: ęſtati certe ſuꝑeſſe putatis:
Erigite ergo oculos: albẽtes cernite campos
Cunctaqꝫ maturam iam rura expoſcere meſſem.
Nũc quicũqꝫ metit: pulchri mercedę laboris
Vitaliqꝫ dehinc gaudebit fruge redundans.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ſator excipiet meſſorum gaudia letus.
Uos ego nūc miſi: grauidā ſuccidere meſſem
Que nō eſt veſtro ſulcis inſerta labore.
Uos aliena bone ditabūt munera frugis.
Talibus alloquijs: comitū dum pectora complet.
Ecce ſamaritū populi venere rogantes
Exorantqꝫ illic geminos expēdere ſoles
Jamqꝫ fides multos plebis fundauerat alta
Nec iam femineis tm̄ concredere verbis
Ipſos ſed coram virtus manifeſta docebat
Ueniſſet ſecli ꝙ iam ſaluator ieſus.

## ¶ Filium reguli a morte liberat. Joannis. iiij.

TAncqꝫ galileam remeauerat in regionem
Quondam vbi fontanas vino mutauerat vndas.
Regius hic iuuenis (cui natū morbus anhelo
Ardore: extremis vite torrebat in oris)
Cōparit vt chriſtum certo remeaſſe recurſu
Aduolat: ⁊ p̄cibus ſobolis pro ſorte profuſis
Orabat: celeris depoſcens dona ſalutis
Ne pius ad letū natus traheretur acerbū
Chriſtus ad hec. Signis niſi ſuadeat omnia virtus.
Nō erat vlla fides: ſed perge ⁊ ſoſpite vita
Edibus in veſtris dulcem cōplectere natum.
His v̄bis: fructum mox p̄ceptura ſalutis
Pulchra fides: aīm letāti in pectore firmat:
Jamqꝫ iter ingreſſo: ꝓperantibus obuia ſeruis
Nuncia fama venit: puero reſonatqꝫ iacenti
Limine de mortis ſubitam remeaſſe ſalutem.
Ille vbi cognouit certum cōcurrere tempus

Sanantis chriſti verbis tunc ſeq; domumq;
Mancipat: amplexus fidei venerabile donū.

**Jeſus phariſeis murmurātibus de conuiuio publicanorū: dicit nō op⁹ eſſe ſanis medico.**

**Matthei. ix. Marci. ij.**

Horte dies epulis multos ſatiauerat vnus
Publica cōductis qui vectigalia lucris
Profeſſi rapiunt: alieno nomine predam
Hos cum diſcipulis ſimul accipiebat ieſus.
Ecce phariſei occulto rephendere riſu
Et legis doctor cōuiuia talia iniret
Ille ſed inſpiciēs quid pectora clauſa teneret:
Non inquit medicis opus eſt: vbi fortia mēbra
Intemerata ſalus vegetat: vireſq; miniſtrat
Egris ſed merito miſerās adhibēda medela eſt.
Diſcite nūc ſaltem iubeant ꝙd verba ꝓphete.
Non ego ſacra magis ꝙ̄ mitia pectora quero
Haud etem̄ iuſtos veni ad directa viantes
Sed reuocare malos peccantum a limite greſſus

**Diſcipulis Joānis interrogātibus: q̄re nō re-uiuarēt diſcipuli ei⁹ pabolam proponit pāni ſciſ ſure ⁊ vtris. Mat. ix. Mar. ij. Lu. v.**

Ecce ſed e numero mirātum munera chriſti
Unus ioānis q̄rebat diſcipulorum.
Cur ipſi legis ieiunia crebra tenerent
Nullaq; ſub chriſto plebes ieiunia ferrent?
Chriſtus ad hec cōtra placido ſic ore profatur
Qui ſponſi letis comitātur vota choreis:
Non pſente illo: ieiunia triſtia portant.
Jamq; dies aderit: cū ſponſus turbine ſecli

E medio comitum rapietur: triſtibus illi
Tuncqꝫ dabunt animos lachrymis: horrore ciborum
Languida concipient animis ieiunia flentes.
Quã ſtultum eſt: rudibus veteres ſubtexere pannos
Veſtibus: vt turpis peius ſciſſura notetur.
Utribus aut calidũ tritis committere muſtum
Quis ruptis: totum ſequitur diſperdere vinum.
Utribus eſt rectum rudibus ſpumantia muſta
Condere: ſic vinum conſeruant fortia vaſa.

### ¶ Filiã Jayri principis: dum vadit ſuſcitare: mulierẽ a profluuio ſanguinis ſanat.

### ¶ Matthei. ix. Mar. v. Luce. viij.

Talia tractanti: ꝑculſus pectora luctu
Ecce ſacerdotum princeps procumbit adorans.
Et ſibi defunctam (funus miſerabile) natam
Implorat lachrymans: certamqꝫ venire ſalutem
Defunctę vita poſcebat munere chriſti.
Haud mora: conſurgẽs ſequitur ſeruator Jeſus
Progreſſos: mulier ſequitur veſtigia ſeruans
Quam languore graui bis ſex labentibus annis
Carpebat fluxus (lacerans ſine fine) cruoris
Torquebat ſoluẽs morbus pallore virẽtem
Viribus abſumptis: ⁊ toto corpora feſſa
Viſceribus ſiccis: fluxus ſine fine cruoris.
Pectoris hęc tacitam voluebat credula mentem
Arcana ſecumqꝫ fide: iam certa tenebat
Actutum feſſo fugeret qꝫ corpore tabes
Extremam chriſti poſſet ſi tangere veſtem.
Hęc vbi ꝑ populum ſummi pẽdentia pepli

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fila manu trepida tractauit: protinus ille
Et cauſas morbi: ⁊ credẽtia pectora cernẽs:
Conceſſit celerem tali cum voce ſalutem.
Accipe quod meruit fidei cõſtantia munus.
Et mox cõſtricto viguerũt ſanguine venę.
Poſtq̃ ꝑuentum eſt vbi funera virginis ingens
Plangẽtis populi fremitus: clangorq; tubarum
Ultima ſupremę celebrabãt funera pompę.
Abſcedãt inquit tectis hęc triſtia veſtris.
Nãq; puella iacet placido dimerſa ſopore:
Defunctam retur flentũ quam neſcia plebes.
Talia dicẽtem: ridẽtum turba reliquit
Ex morte abreptã dixit dormire puellam.
Sed chriſtus lęti victor. vitęq; repertor
Frigẽtis dextram dignatus prẽdere dextra.
Surgere mox iuſſit: miranda ad gaudia patris.

**¶ Duobus cęcis oculi aperiũtur.**

**¶ Matthei nono.**

Inde reuertẽti: clamor ſe protinus offert
Lumine captorꝝ greſſu labẽte duorũ.
Iſtis chriſtus ait: Si credũt pectora veſtra
Nunc ꝟtute mea ſe reddet lumẽ ademptũ.
Illi firmato ſe credere corde fatentur.
Tunc chriſtus fatur: credẽtes cernite lucem
Nec cuiq; noſtrũ poſt hęc edicite nomen
Dixit: ſed ꝓpere ꝑ gaudia tanta videntum
Ardor inexpletus: famã ꝑ cuncta ferebat

**¶ Demonium mutũ exijcitur Et de turba q̃ ob miracula ad ieſum cõfluxerat.**

**¶ Matthei.ix. Marci.vij. Luce.xi.**



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Offerturq3 dehinc iuuenis. cui rapta ſonorę
Demonis incurſu fuerat ſubſtantia vocis.
Atq3 propulſis vbi fugit de pectore dęmon
Confeſtim ſanę redierunt munera lingnę.
¶ Talia mirantis populi ſtipante tumultu
Uallatur: cernēs ſ3 milia tāta viroꝝ ¶ Marci. vi.
Ingemit. vt ruris dominus cui paſcua lęta.
Innumerę tondent pecudes. rectoris egentes.
Tunc ad diſcipulos depromit talia dicta.
Quam late ſegetes ruris per terga pateſcunt ¶ Lu. x.
Sed rarus meſſor frugis ſuperatur aceruo.
Jam ſupereſt dominum ſegetis depoſcere tantę
Ut ſua rura velit numero complere colentum.

## ¶ Jeſus duodecim diſcipulos cum omni doctrina pręmittit.

¶ Mathei. x. Marci. iij. et. vi. Luce. ix.

Hec fatus. populo ex omni delecta ſeorſum
Fortia conglomerat biſſeno pectora cętu.
Bis ſex conſociat fidorum corda virorum.
Hos vbi delegit. pręceptis talibus implet.
Deuitate viam quam gentes perfidioſę
Et ſamaritarum fraudis veſtigia calcant.
Pergite qua patrij pecoris cuſtodia labat
Pergentes vero. ſimilem mihi ſumite mentem
Ut vobis ſubigat virtutem dęmonis atri
Sancta fides: curamq3 piam languoribus aptet.
Hę vires: nulla vobis mercede dabuntur.
Et vos haud aliter cunctis impendite dona.
Non auri argenti vedomet poſſeſſio mentem.

Nec vos nummorum ſubigat ſcelerata cupido.
Non geminas veſtes: nec plantis tegmina bina
Uirtutis nudę cupiat ſeruare miniſter.
Ingreſſi muros vrbis. perquirite ſemper:
Hoſpicio quorum par ſit ſuccedere iuſtis.
Ingreſſiq; : dehinc pacem ſub tecta vocate
Si tranquilla domus fuerit pax illa manebit:
Sin erit indignis habitantum moribus horrens
Diffugiet: veſtrumq; habitum pax veſtra ſequetur.
Excludet quicunq; ferox vos limine tecti
Auribus aut duris ſpernet vitalia verba.
Sin aduerſa. dei famulos ſuccedere tectis
Hoſpicijq; focos miſcere grauata vetabit
Excutite egreſſu domibus veſtigia veſtra.
Hęreat iniuſtę ne vobis portio vitę.
Illos deterior ſodomorum pęna manebit
Supplicijs: veniet mundo cum terminus omni.
Pergitis en, vt oues duorum pręda luporum.
Sed vos arguto ſerpentum corde vigete
Simplicitate tamen puras ſuperate columbas
Nam ſępe incumbet vobis iniuria pręceps.
Conſilijſq; hominum conſiſtunt corpora veſtra:
Uos flagris. vincliſq; feris: duriſq; tyrannis
Frendens vrgebit pro me violentia ſęcli.
Cum vos tradiderint: verborum ponite curam
Sponte fluens. dabitur ſermonis gratia vobis.
Spiritus in vobis. pro vobis digna loquetur.
Tradet enim fratrem. ſcelerata inſania fratris.
Ad lętumq; dabunt genitorum corpora nati.
Uos odio vrgebunt ſemper pro nomine noſtro.

Sed finem fidei: comitatur gloria vitę.
Profugite e tectis (quę vos ſectabitur) vrbis
Inde aliam: mox inde aliã: cõquirite ſedem.
Nam vobis vrbes ſemꝑ ſuꝑeſſe neceſſe eſt
Iſraelitarũ quę dent ſub nomine plębem.
Diſcipulus nunq̃ trãſcẽdat celſa magiſtri
Culmina: nec dñm tentat ꝓcellere ſeruus.
Diſcipulo ſatis eſt: vires ęquare magiſtri:
Vel dñi ſimilem ꝟtutem prendere ſeruo.
Pectoribus veſtris: ſemꝑ timor omnis aberret.
Nam nudata ſuis promentur cuncta latebris.
In tenebris tacite vobis quęcũq; iubentur
Dicite pręclaro nitidi ſub lumine ſolis.
Auribus ⁊ veſtris dicam q̃cunq; ſuſurrans:
Excelſo in populos ſpergãtur culmine tecti.
Deſpicite illorũ rabiem qui corpa veſtra.
Proſternẽt ferro: nõ eſt ijs vlla poteſtas
Viuacem lęto pariter demittere mentem.
Illum ſed potius cordis ſecreta paueſcant
Corporis eſt animęq; ſimul cui lata poteſtas.
Paſceribus ꝓcium nũmi, vix portio parua
Proueniet: nõ eſt tamẽ vnũ credere dignum
Ni iuſſu dñi laqueos incurrere veſtros.
Quis dubitet ſapiẽs: dñi ſub pectore multis
Cedere pẽnatis: hoĩem pro milibꝫ vnum.
Qui me confeſſus fuerit ſub iudice terrę
Hũc ego nõ aliter coram genitore fatebor.
Sic itidẽ coram genitore negabo negantem.
Non ego nũc pacem terris immittere veni
Sed gladiũ: patrio dirimat qui pectore natum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et dulcem natam dirimat qui pectore matris.
Si quis amore meo. genitorem pluris habebit:
Uel matri soboli ve meum poſt ponet amorem:
Sentiet horribilem noſtra de ſede repulſam.
Contemnet quicunq; animam pro nomine noſtro
Inueniet lęta florentem fruge ſalutis
Qui vos ſuſcipiet me ſuſcepiſſe benignis
Obſequijs: idem me progenitore ſupremo
Suſcepiſſe ſibi gaudebit. perpete vita.

**¶ Ioãnes de carcere ad ieſum et Jeſus de ioanne ad turbas loquitur.**

**¶ Mathei. xi. Luce. vij.**

Talia diſcipulis bis ſex. cum iuſſa dediſſet.
Juſtus ioannes cęcis de carceris vmbris
Sectantum e numero delectos. talia dicta
Ad chriſtum portare iubet. verumq; referre.
Tu ne pijs animis requies quam regia cęli
Pollicita eſt terris. noſtro ſub tempore fulges
An aliam ſupereſt poſt hęc ſperare ſalutem?
Talibus hęc chriſtus dictis mandata remittit.
Cęcorum tenebrę mutantur lumine lucis:
Debiliumq; vigent firmato robore membra:
Lurida diſcutitur ſquamoſo corpore lepra:
Aerię vocis penetrat ſurdas ſonus aures.
Redditur amiſſa lęti poſt funera vita
Ad corpus remeans. animę iam libera virtus?
Depoſitum repetens animę ſubſtantia corpus
Pauperibusq; ſuis non dedignata pateſcit
Fulgentis ſpendens aduentus gloria terris.
Jlle beatus erit quem non deceperit error

Talia diſcipuli referunt mandato magiſtro.
Hoc ſuper: ad populum depromit talia chriſtus.
Quur in deſerto voluiſtis viſere nuper
Stramen arundineum: vento vibrante moueri?
Cur etiam molli veſtitum veſte videre?
In domibus regum molli cum veſte tenentur.
Fatidicis longe preponitur ille prophetis
Ut veteris quondam cecinere oracula ſcripti.
Hunc etenim memorat veneranda lectio vocis.
En ego mitto meū ſtratas aptare miniſtrum ¶ Malachie. iij.
Ante tuos vultus. genuit nec femina quenquam
Maior ioannes noſtri qui viribus eſſet.
Sed minor hoc: celi fiet ſublimior aula.
Huius ab exortu: vim celi regia ſenſit
Et celi regnum violentia diripit atrox.
Lex omnis. ſummam baptiſte a tempore cepit
Atqꝫ prophetarum finis concluſus eodem.
Si vultis volucris penetralia noſcere ſecli
Ipſe eſt ioannes felix venturus in euum
Corpus ioannis felix habitabile ſumpſit.
Helias quondam. quem turbine miſſa coruſco ¶ iiij. Re. ij
Flammipedum rapuit ſimulatio quadrijugorum.
Audiat hec: dictis pandens vitalibus aures.

## ¶ Confeſſio ieſu ad patrem: et iugum domini leue eſſe.

¶ Mathei. xi. Luce. x.

Nunc tibi confiteor genitor. cui gloria ſeruit
Fulgentis celi: et terrarum frugiferentum.
Celaſti nunc qꝛ ſapientibus iſta ſuperbis.
Paruulaqꝫ infantum vis hec comprendere corda.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jam mihi regnantis ſunt omnia tradita patris.
Nec quiſquam poterit domini cognoſcere natum
Ni ſolus genitor: genitorem mente videbit
Filius: aut idem pandet cui talia natus.
Huc omnes veniant. oneris quos ſarcina vaſti
Comprimit. ijs poterit virtus mea munere patris
Antiquas vires hilari reparare quiete.
Sumite forte iugum: leuis eſt mea ſarcina iuſtis.
Namqȝ humili dulcem largitur corde ſalutem.

## ¶ Diſcipuli ſpicas vellunt Mathei. xij. Marci. ij. Luce. vi.

HEc vbi dicta dedit. meſſis perculta grauatę
Pręterit. et populus ſectantum diſcipulorum
Spicarum grauidam carpebat in ordine frugem.
Ille dies veteri poſcebat lege quietem
Sabbata nam priſcis repetebant ocia iuſſis.
¶ Ecce phariſei coram reprehendere chriſtum
Qui ſanctę legis calcarent iuſſa metentes
Diſcipuli. legum ſed tunc completor Jeſus
Incipit ijs. veteris ſcripti monimenta retexens
Legiſtis certe. in tēplo dauida canorū ¶ p̄mo. Re. xxi.
Cum populo quondam panes ſumpſiſſe ſacratos:
Et proprium. comitumqȝ famem ſedaſſe. ſed illos
Illicitum cuiq̄ȝ fuerat contingere panes
Sumere quos ſolus poterat de lege ſacerdos.
Eiuſdem ſcriptum eſt: iuſto moderamine legis
Vates in templo ſine crimine feſta profanant
Nec minor eſt iſtic. veſtrę glomeratio turbę.
Quam templi virtus. caperent ſi pectora veſtra

Et non ſacra deus: ſed mallet mitia corda Oſeę.vi.
Non tam ſępe viros damnaſſet factio ſacros:
Expertes culpę. ſed nunc ego ſabbata cuncta
Sponte mea dominans. legis ſub iure tenebo:

### Manum aridam hominis ſanat.
### Mathei.xij. Marci.iij. Lu.vi.

Tunc conuenticula illorum. poſt talia dicta
Ingreditur. mox hic iuuenem pro limine cernit
Siccatum ex humero cui pondus inutile palmę
Pendebat. ſed tum dictis tentando doloſis:
Egris an liceat per ſabbata ferre medelam
Quęrunt. calcatę vt legis vindicta maneret.
Chriſtus ad hęc. foueam ſi forte pecuſcula veſtra
Inciderint. certe tranſibitis ocia legis.
Et pecus abrupto tolletis vile profundo.
Quanto igitur nobis hominum curatio maior
Ad benefacta animos tollens. accendere debet.
Ergo age tu iuuenis rediuiuam extendito dextram
Cum dicto palmas ſanas porrexit vtraſq;

### Hominem a dęmonio cęcum et mutum curat: et in principe dęmoniorum id facere opinantes refellit.
### Mathei.xij. Mar.iij. Lu.xi.

Iſtum pro ſignis quem vix veneratio poſſet.
Ditantis digno populi ſuſtollere cultu
Concilijs trucibus conclamant decipiendum.
Talia proſpiciens procerum molimina chriſtus
Diſceſſit: varijs hominum languoribus aptat
Conceſſam in populis prima virtute medelam.
Oblatuſq; ibidem mox dęmonis horrida virtus

Et lingua ⁊ viſu truncatũ: viuere penę.
Et pprijs eſcam cruciatibus eſſe volebat.
Nũc vbi curatũ: viſuqꝫ ⁊ voce vigentem
Ceca phariſeę cognouit factio gentis.
Demonis auxilio (qui princeps demoniorum
Solus nequicię vires ditione teneret)
Nec illũ feciſſe ferũt: ſed talia chriſtus
Veridicis aperit cõuincẽs pectora verbis.
Si gemina regnum diſtractum parte dehiſcat
Et ſciſſa aduerſum ſeſe diuiſio pugnet:
Diſruptis ꝑ ere labentur cuncta medullis.
Horridus ⁊ demon: ſi demone pellitur atro
Aduerſa ſibimet ſciſſus ꝟtute repugnat.
Quis poterit p̄dam: tectis auferre virorum
Ni prius aggreſſor: cuſtodũ brachia nodis
Vinciat: ⁊ facilis veniat direptio prędę.
Quiſqꝫ meis aberit diſcretus miles ab armis
Hoſtis in aduerſa cõſiſtet fronte duelli:
Quiſqꝫ meis gregibꝫ cogẽdis liber: oberrans
Diſijcet ille mei pecoris per deuia paſtus.
Sed quicũqꝫ hominũ fuerit: ſuper omnibus error
Dimitti poterit: tm̄ ne ſpiritus vnquã
Vocibus inſana laceretur mente profuſis.
Siue furens: homis nato cõuitia quiſquã
Ingerit: hęc etiam poterũt peccata remitti.
Spiritus at ſanctus tm̄: cuicũqꝫ ꝓphana
Verborum rabię violabitur: irreuocatis
Supplicijs nunc ⁊ ſemꝑ torrebitur ignis.
Quando veneniferi ſerpentis ſęua propago
Sermonum dulci poterit miteſcere fructu?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam bona theſauris promuntur dulcia iuſtis
Et mala letifero procedunt ore venena.
Verborum meritis veniet: ſub iudice pena:
Verborum meritis: dabitur ſub iudice vita.

**¶ Sup̄ hoc Quecūqꝫ pater fecerit: hec ⁊ filius ſimiliter facit: ⁊ quia veīt hora ⁊ nūc eſt quādo ⁊c. Item Scrutamini ſcripturas Moyſes accuſat vos ſi crederetis moyſi crederetis forſitā ⁊ mihi.**

## ¶ Joannis quinto.

QVe genitor faciet: ſectabitur omnia natus
Nam idem nato manifeſtat cuncta videnda.
Et potiora dehinc tribuet miracula rerum
Sicut enī genitor emortua corpa reddit
Ad claram vite lucem: ſic omnia natus:
Que volet ad ſuperos ſurgentia corpora ducit.
Nec genitor: quenqꝫ veſtrum ſe iudice queret
Sed dedit hec nato querendi iura per orbem:
Gloria quo maneat ſimilis natoqꝫ patriqꝫ.
Nanqꝫ repulſus erit veſtro ſi natus honore:
Improbitate pari genitorem deſpicietis.
Sed cui noſtra fidem ſermonis gratia figet
Vox me mittētis genitoris dona videbit:
Aeternamqꝫ dabit p̄ſens conſtantia viam.
Judiciumqꝫ illi nō eſt: ſed migrat ab atra
Morte procul: luciſqꝫ vigens ad limina tendit.
Adueniet tempus quo mortua corpora vocem
Accipient noſtram: ⁊ vitam cum voce tenebunt.
Nam ſicut genitor: vitam ſibi poſſidet in ſe
Sic tribuit nato vitam: ⁊ ius dicere iuſſit.
In terris: hominis qm̄ cum corpore venit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nec vobis mirum videatur corpora cuncta
Vocis ad auditum: ꝓpriis exurgere buſtis
Juſtorumq; animas rediuiuo corpore necti:
Judicioq; graui: miſeros exurgere prauos.
Nec mihi iudiciū tribuet mea ſola poteſtas
Arbitrio qm̄ genitoris cuncta iubentur:
Qui me iuſticiam terris diſquirere iuſſit:
Nāq; ego ſi ꝓprio teſtis ꝑ nomine ſurgam
Falſa loquar: aliuſq; itidē quia teſtis habetur
Pro nobis recte mihi talia temnere fas eſt.
Nam vęris operum ſignis: manifeſtior omni
Luce nitet: p̄ſens noſtris teſtatio factis.
Talia concedens genitor: mihi teſtis adhęret
Qui me demiſit terris ſua ponere iuſſa.
Huius enī vocem: nunq̄ comprēdere quiſtis
Nec ſpeciem ꝓpriam cōceſſit viſere vobis.
Nec ſermo ipſius poterit ꝑ veſtra ſedere
Pectora: credēdi qm̄ ſubſtantia nulla eſt
Quęratur veterum ſcriptorum lectio vobis
Perpetuam cunctis vitam quā ferre putatis:
Hęc etiam noſtrum teſtatur lectio donum.
Nec tamē audetis propius conſiſtere nobis
Ne verę vobis contingant gaudia vitę.
Non mihi captatur terrenę gloria laudis.
Nāq; ego (ꝙ ſummi genitoris nomine veni)
Reſpuitur vobis: veniet ſed diſcolus alter
Nomine quē fultum ꝓprio: gens veſtra ſeq̄tur.
Alternę in vobis captatur gloria famę:
Unius ⁊ ſolam fugitis diſquirere laudem.
Nec vos arguerim coram genitore: ſed illic

Accuſator erit: quẽ ſpes modo veſtra celebrat
Moſes. quẽ fidei nullo ſeruaſtis honore.
Eius enĩ ſcriptis: veſter ſi crederet error
Crederet & nobis: moyſi quẽ ſcripta frequentãt.

**Phariſeis ſignũ petentibus. Jone & niniuitarum ſignum tradit.**

**Matthei. xij. Lu. xi. Marci. viij.**

Talia tum cõtra: ſcribarũ verba ſequũtur
Vocib9 indubitata fides comitabitur iſtis
Si virtus certis firmet miracula ſignis.
Ille dehinc: polluta magis generatio querit — Deu. xxxij.
Signa ſibi: rebus ſtabunt ſed ſigna futuris.
Nãq3 ꝓpheta: cauo quãtum ſub pectore ceti — Jone. ij.
Tpis abſumpſit: terre in penetralibus altis
Progenies homĩs: tñ diuerſa manebit.
Adueniet tempus: quũ ſurget reddita vite
Gens hoĩm: ꝓprijs in fletum dedita geſtis
Hec iſtã digno damnabit crimine gentem:
Q maris e fundo ſurgẽtis voce ꝓphete — Jone. iij.
Cõmonita: in lachrymas dñm ꝓiecta reflexit.
Hic & ioneis monitis potiora iubẽtur
Cõtemnitq3 feris animis gens impia lucẽ.
Et regia noti: vitales ſurget i oras — iij. Re. x. Et. ij. pal. ix.
Illus ad ſpecimen damnabitur effera plebes
Finibus extremis libye qꝫ venerat illa
Vt ſalomona pium: p̃ceptis dedita iuſtis
Audiret: potior nũc eſt ſalomone poteſtas
Et tñ obtuſe cecantur pectora plebis.
Expulſus ſi qñ fugit de pectore demon
Quem turbat ſanctus purgato corpe flatus

Jlle venenatus colluſtrat paſſibus oras
Qua nulla excurrit fontani gurgitis vnda.
Si requiem placidę ſedis non repperit: ardens
Tum repetit ſuetę ſitiens habitacula mentis.
At ſi forte ſuis obnoxia corda venenis
Ornatuq; leui ridentia limina cernit
Aſſociat ſeptem ſimiles glomerando furores
Uis inimica homini. penertatq; in viſcera ſerpens.
Sic genus hoc vero ſenſu cum degener errat
Uincula perpetuis deflebit ſubdita pęnis.

**¶ Matrem et fratres ſpernit et dicit ei matrem et fratres eſſe qui audiūt et faciūt verbum dei**

**Mat. xij. Mar. iij. Luce. viij.**

UTq; quum populis vitalia dicta frequentat
Pro foribus mater cum fratribus aſtitit illic:
Et miſcere foris ſermonem cominus orat.
Talia tum matris mandatis dicta remittit.
Hic mecum genitrix: mecum germana reſidunt
Corpora: nam patria impletur cuicunq; voluntas
Jlle meo proprium connectit ſanguine corpus:
Et matris generiſq; mei ſub nomine habetur.

**¶ Sedens in nauicula ieſus: turbis parabolas exponit. primo ſeminantis.**

**¶ Mathei. xiij. Mar. iiij. Lu. viij.**

PRogreditur templo. terrarum lumen ieſus
Et maris extrema terręq; reſedit in ora.
Jnnumereq; illuc plębis fluxere cateruę.
Jlle ſed excelſam ſcandens celeri pede puppim
Littora complenti depromit talia plębi
Ecce ſator proprio commendat ſemina ruri:

Illa cadunt diuiſa ſolo. ſortemqꝫ locorum
Pro virtute ferunt. etenim ſi vbi trita viarum
Sub pedibus ſolido denſetur limite tellus:
Aerijs auibus dant nudam ſemina prędam.
Aſt vbi pertenui velantur puluere ſaxa:
Farra quidem viridem depromunt germinis ortum
Sed quia nulla ſubeſt ſiccis ſubſtantia glebis
Inſerto areſcunt radicum fila calore:
Cunctaqꝫ mox apicum labuntur acumina lęto:
Seminibuſqꝫ alijs contingunt aſpera rura
Sentibus hic ſpiniſqꝫ feris velocius exit
Roboris augmentum. frugemqꝫ internecat angens.
Uberibus vero quę dantur ſemina glebis
Illa ferunt pulchram ſegetem. cui lęta frequentans
Incrementa ſui. centeno copia fętu.
Audiat hęc. aures mentis qui geſtat apertas.
Talia diſcipuli mirantes dicta: requirunt
Implicitis populo quur clauderet omnia verbis:
Ille ſed ad mota credentum plębe profatur.
Uobis qui firmo robuſtam pectore mentem
Ad capienda dei penetralia conſtabiliſtis
Conceſſum eſt: adytis penitus conſiſtere regni
Illis pro merito clauduntur limina vitę.
Si quis habet dignus: capiet potiora redundans.
Qui vero expertes cęleſtis muneris errant:
Amittent etiam proprium quodcunqꝫ retentant.
Iccirco obſcuris cooperta ambagibus illum
Promitur in populum ſermonis gratia noſtri.
Ut dictum Eſaię merita de plębe recurrat ¶ Eſaię. vi.
En populi mentis velantur ad omnia craſſis

Obicibus: ſenſu ne tangant munera vitę:
Auribus aſſiſtunt clauſis: oculiſqꝫ grauatis
Ne conuerſa bono ſanetur noxia plębes.
Quam veſtrę nunc ſunt aures oculiqꝫ beati.
Nam multi veterum iuſti: ſanctiqꝫ prophetę:
Quę vobis clarent orarunt cernere dona.
Accipite ergo animis. quis ſit de ſemine ſenſus.
Quiſqꝫ meum verbum. ſummas demittit in aures
Nec ſenſus recipit ſtabili pręcepta vigore.
Eripit illius totum de pectore dęmon:
Talis agro eſt ſimilis duro. qui germina farris
Exponit rapidis auibus ſine fruge rapinam.
Sunt alij: lęto qui pectore noſtra receptant
Sed breuis eſt illis: perceptę gratia frugis.
Nam ſi dura premat mentem ſtrictura coercens
Continuo trepidi produnt ſibi credita farra:
His ſaxoſus aget. ſimili leuitate vireſcit.
At ſpinoſus ager: curarum mole grauatis
Reſpondet. preſſant quos pondera diuitiarum:
Semina ſic noſtri ſermonis preſſa grauantur
Nec fructus ſequitur ſpinarum horrore necatus.
Pinguia ſic itidem paribus ſtant viribus arua
Illis: qui clare capiunt pręcepta ſalutis.
Quę penetrant animum: ſenſu tractante tenaci.
Centuplicemqꝫ ferunt virtutis robore frugem.
Hec tum diſcipulis plębiqꝫ hęc inſuper addit.

## ¶ Parabola de tritico et zizania ¶ Mathei. xiij. et Marci. iiij.

a Agricolę ſimile eſt regnum ſublime tonantis:

Ille iacit proprio mandans bona ſemina ruri.
Sed poſt ſubripiens (homini inſidiando) ſaporem
Trux inimicus adit. loliumqȝ inſpergit amarum.
Ecce ſed ad fructum culmis cum ſpiceus horror
Proceſſit. lolio meſſis maculata redundat.
Tum domino famuli mirantes talia fantur
Nonne bonum terrę ſemen per terga dediſti
Unde igitur lolio turpi tua rura grauantur?
Sed iam ſi iubeas meſſem purgabimus omnem
Triticeuſqȝ nitor ſelecta ſorde nitebit.
Tum dominus miti contra ſermone profatur
Hic dolus eſt inimice tuus. ſed farra ſinamus
Creſcere cum lolio. pleno nam tempore meſſis
Secretum lolium. connexio faſce iubebo
Ignibus exuri. at noſtro de ſemine meſſis
Horrea noſtra dehinc purgata fruge replebit.

¶ Parabola de grano ſynapis.
¶ Mat. xiij. Marci. iiij. Luce. xiij.

Haud aliter ſimile eſt (cordis ſi panditis aures)
Pręparui grano regnum cęleſte ſynapis:
Quod proprio inſinuans diſponit cultor agello.
Seminibuſqȝ illud minus omnibus eſſe virentum
Creditur: ac iuſti mox vt crementa viroris
Sumpſerit. erecto tranſcendit vertice cunctas
Agrorum fruges: ramis vt plumea turba
Conſidat: poſſitqȝ vmbras habitare virentes.

¶ Parabola de fermento. ¶ Mat. xiij. et Lu. xiij

Fermento par eſt munus cęleſte ſalubri
Quod magna condit mulier ſub mole farinę.
Illa dehinc modico fermenti mixta calore

Conducto. vnius coaleſcit corpore maſſe
Talia dum populo ꝑplexis cõdita ṽbis ¶ Mar. iiij.
Promebat: veteris quo poſſent dicta ꝓphete
Ordine ſeclorum iuſſis concurrere rebus.
Os apire meũ dignabor: cõdita mundi
Cõuoluet ructãs varij ſermonis imago. ¶ Pſal. lxxvij.
Inde domũ repetit ſero: turbaſqꝫ reliquit.

## Incipit liber Tercius Iuuẽci pſbyteri.

### ¶ Interptatꝰ diſcipulꝭ pabolã zizanioꝝ. Mat. xiij

Aduerat in terras: roſeũ iubar ignicomus ſol.
Diſcipuli rogitãt: lolij quid queſtio vellet
Et ſegetis: clarus q̃bus hec depromit Ieſus.
Optima qui farris cõmendat ſemina glebis
Filius eſt hoĩs: mundum ſub nomĩe ruris
Accipite: atqꝫ homĩes puro pro ſemine iuſtos.
At loliũ infelix: cooperti demonis arte
Sunt homĩes: inimicus erit vi s horrida demon.
Extremus mũdi finis: pro tempore meſſis.
Meſſores patris veniũt ꝑ rura miniſtri:
Quos hoĩs natus: ꝓprij de corpore regni
Colligere erroris laqueos labemqꝫ iubebit:
Collectoſqꝫ ſimul rapidis exurere flãmis.
Dentibus his ſtridor ſemꝑ: fletuſqꝫ perennis.
Secretiſqꝫ pijs: veniet lux aurea vite
Sedibus vt celi vibrãtur lumina ſolis.

### ¶ Prophetã in patria ſua ſine honore eſſe.

¶ Mat. xiij. Mar. vi. Lu. iiij. Jo. iiij.

Hęc docuit: patriamqꝫ redit ſaluatoꝛ in oꝛbem:
Illic expediēs populis (mirabile dictu)
Juſticię leges viteqꝫ ſalubꝛia iuſſa:
Uirtutes patrias: ſimul inſinuādo docebat.
Tūc liuoꝛe graui plębes cōmota ſuoꝛum:
Pręſentiſqꝫ ſimul dn̄i miracula voluens
Et generis noti reputans ex oꝛdine gentem:
Hęc inter ſeſe ſubmiſſa voce volutant.
Nōne hic eſt ſoboles fabꝛi: cui nomē Joſeph ¶ Jo.vi
Non maria genitrix: nō fratꝝ nota ꝓpago eſt?
Unde igitur legis doctoꝛ: tanteqꝫ miniſter
Uirtutis cedit: cui labes victa maloꝛum:
Nazara ſic plębes: cui talia reddit Jeſus.
Temnūtur ꝓꝛijs miracula ſemꝑ in oꝛis
Et ſine honoꝛe manēt: patria ſub ſede ꝓphetę.
Talibꝰ indignās: preſſit ſua munera chꝛiſtus.

¶ De Joānis capite in diſco Mat.xiiij. Mar.vi. Lu.ix. ꝛ iij.

Interea ad regem volitabat fama ſuperbum
Quod mala cuncta illic ꝟtus diuina domaret.
Sed putat herodes: lęti ꝙ lege remiſſus:
Tanta vt Joānes ꝟtutis dona teneret.
Nam quondā cernens: liuēti pectoꝛe dęmon
Erroꝛis labem: puris ꝙ ſolueret vndis
Juſtus ioānes: damnis accēſa maloꝛum
Tunc petit herodē peſtis ſęuiſſima regem.
Et facile iniuſti penetrās habitacula coꝛdis
Accumulare feris ſubigit ſcelera impia geſtis.
Arſerat: illicito herodes accēſus amoꝛe:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In thalamos fratris: caſto quod iure vetabat
Doctus ioānes. feritas ſed neſcia recti
Subiecit leges pedibꝫ: fruiturq; nefandis
Cōnubijs: iuſtūq; ſuper (quia praua vetabat)
Carceris immerſit tenebris: vincliſq; grauauit.
Sanguine nam iuſti (promotio preſſa timore)
Abſtinuit ſitiēs feritas: quia magna ꝓphetam
Plebis ioannem veneratio ſuſcipiebat
Natali ſed forte die: quū leta tyrānus
Herodes celſis strueret conuiuia tectis
(Luxurię quoniā cōiuncta ſupbia gaudet)
In medio iuuenū: reginę filia virgo
Alternos laterū celerās ſinuamine motus
Compoſitas cithara iūgit modulāte choreas.
Ipſe ſed imp̄mis (mirata virginis arte)
Attonitus ſtupuit: tūc p̄mia cuncta patere
Iuratus ſpōdet: quęcūq; puella petiſſet.
Illa ſed horrēdę ſeruās ſcelera impia matris
Urget ioānis caput a ceruice reuelli.
Et lance inferri p̄ſentia munera poſcit.
Pręſentū herodes procerū ſub pondere triſtis
Iurādiq; memor iuris: tamē imperat ęgre
Inſontis caput inferri tradiq; puellę.
Illa nefas matris ſcelerata ad gaudia portat.
Corporis ac lacerū flentes ſine nomīe truncum
Diſcipuli condūt terrę: chriſtūq; ſequūtur.

**¶ De quinq; panibus & duobus piſcibus ſatiauit quinq; milia virorum.**

**¶ Mat. xiiij. Marci. vi. Lu. ix. Jo. vi.**

TAle vbi cognouit: iuſti miſerabile letum.

Deſerit inſontis pollutā ſanguine terram.
Frondoſaqꝫ latet ſecretę vallis in vmbra.
Sed populi immēſę ꝟtutis dona ſequūtur.
Ille vbi credentum turbas in valle remota
Conueniſſe videt: morborū tabe repulſa:
Corpora ſubiecit miſeratus multa medelę.
Iāqꝫ ſub extremo labētis lumine ſolis:
Diſcipuli chriſto ſuadēt dimittere turbas
Ut ſibi quiſqꝫ paret quęrens ꝑ compita victum:
Ille iubet cunctis ibidem cōuiuia poni.
Diſcipuli oſtendūt nihil amplius eſſe ciborum
Ni piſces geminos: ⁊ farris fragmina quinqꝫ.
Hoc inquit ſatis eſt: tūc mox diſcūbere plębem
Gramineiſqꝫ thoris iuſſit cōponere membra.
Suſpicienſqꝫ dehinc cęlum genitōre ꝑcator
Ipſe duos piſces ⁊ quinqꝫ ex ordine panes
Diuidit: ⁊ dapibus menſas onerauit opimis.
Iāqꝫ expleta iacet (dictu mirabile) plębes:
Relliquiaſqꝫ dehinc menſis legere miniſtri
Bis ſenoſqꝫ ſinus cophinorū fragmina cōplent
Cenatū numerus tum milia quinqꝫ virorum
Preterea populus matrum fuit ⁊ puerorum.

**¶ Jeſus ſuper mare ambulat: ⁊ petrū mergentem apprehendit.**

¶ Matthei. xiiij. Mar. vi. Jo. vi.

Diſcipulis tunc inde iubet conſcendere nauem
Et tranſire fretum: donec dimitteret omnes
In ſua quęqꝫ viros: tūc montis celſa petiuit
Secretuſqꝫ dehinc genitoris nomen adorat.
Iāqꝫ ſoporata torpebant omnia nocte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quum puppis medio ſulcabat in ęquore fluctus
Jactata aduerſo ſurgentis flamine venti:
Aſt vbi iam: vigilum quarta ſtatione premebat
Noctis iter: rapidos attollens lucifer ortus.
Fluctibus in liquidis: ſicco veſtigia greſſu
Suſpenſus carpebat iter (mirabile viſu)
Jamqȝ propinquabat puppi. ſed neſcia nautę
Attoniti tremulo vibrabant corda pauore
Clamoremqȝ ſimul confuſa mente dederunt.
Tum pauidis chriſtus loquitur. timor omīs abeſto
Credentumqȝ regat vegetans conſtantia mentem.
En ego ſum: veſtrę doctorem noſcite lucis.
Olli confidens reſpondit talia petrus.
Si tua nos vere dignatur viſere virtus
Me pariter permitte tuo ſuper ęquora iuſſu
Fluctibus in liquidis imerſos figere greſſus.
Annuit his dn̄s: Nauem mox linquere petrus
Audet: et inixus figit veſtigia ponto.
Verum vbi tantarum mentem miracula rerum
Terrificant: ventiqȝ minas crebeſcere cernit
Paulatim cędunt dubio liquefacta timore
Quę validum fidei geſtabant ęquora robur.
Jamqȝ ſimon medio ſubmerſus corpore clamat.
Fluctibus horrendis pereuntem deripe chriſte.
Dextera confeſtim protenditur obuia petro
Et dubitata fides: verbis mulcetur amaris.
Aſcenſęqȝ rati contraria flamina cędunt
Pręſentemqȝ dei ſobolem ſtupuere rogantes
Cunctinauigio ſocij: quos caſus habebat.
Tranſierat tandem ſulcans freta feruida puppis

Optatumqꝫ grauis comprenderat ancora portum.
Conueniunt populi: rapido per littora curſu.
Portantes ęgros: veſtiſqꝫ attingere fila
Extrema exoptant: mirumqꝫ hoc munere cuncti
Credentes: referunt plenam per membra ſalutem

## ¶ De manib⁹ lauãdis et de his q̄ de ore exeunt q̄ coinquinãt non q̄ intrant in hoīem.

¶ Mathei. xv. Marci. vij.

Ecce phariſęi ſcribęqꝫ hinc inde doloſi
Captantes chriſtum: promunt fallacia dicta.
Cur tua diſcipulos labare ferunt documenta
Pręceptis veterum: manibus nam cura lauandis.
Pręterit. aſſumuntqꝫ ſimul cum ſordibus eſcas.
Jlle ſub hęc fatur magis hoc eſt quęrere dignum
Tranſgreſſi mandata dei: quod proditis omnes.
Nãqꝫ de⁹ mortē defixa lege minat̄ Leui. xx. Exo. xxi.
Si genitor cuiq̄ꝫ verbo ledatur amaro:
Uel genitrix nati verbis pulſetur acerbis:
Jrrita vos iſta facitis peruerſa dicendo.
Quã maīfeſta vigent de vobis dicta ꝓphetę. ¶ Eſa. xxix
Me populus ſummis labijs ſublimat honore
Sed diuerſa procul cordis ſecreta pererrant.
Accipite ergo omnes. aureſqꝫ aduertite cordis
Non illata homini fuerint quęcunqꝫ: pudendis
Sordibus aſpergent: vitę ve aīo ve ſedebunt.
Erumpunt hoīm ſed quę penetralibus oris:
Jnternam miſerę maculabunt edita mentem.
Diſcipuli chriſto memorant ꝙ verba loquentis
Occulto traherent ſcribarum pectora riſu.
Jlle dehinc: genitor plantarum ſemina noſter

Quę non ipſe ſui conſeuit in ęquore ruris
Abijciet: penitus radicibus eruta: longe
Cęcus forte ducem cęcum ſi nactus oberrans
Decidet in foueam pariter dimerſus vterqʒ.
Tum petit abſolui Petrus quid queſtio vellet
Ipſe phariſęis quam mox ſcribiſqʒ dediſſet:
Tum ſator ętern ę reſpondit talia vitę.
Uos etiam duro diſcluditis omĩa corde
Juſſa. nec admittit mentis dubitatio lucem.
Nam quęcunqʒ hoĩm veniunt extrinſecus ori
In ventrem cędunt. anĩoqʒ incognita currunt.
Quę vero interno concepta e pectore promunt
Ora hoĩm mentem poteſt aſpergine labis
Polluere. ĩmundoqʒ hoĩem maculare piaclo.
Secreto cordis promuntur noxia vitę
Conſilia: et cedes: et furta nefanda thororum
Et fraudes: fallaxqʒ hoĩm pro teſtibus error:
Et rabidę cęlum pulſans inſania vocis:
Hęc ſunt quę maculant hoĩem: quę ſordibus implent:
Illotis autem manibus non palluit vnquam
Corporis arbitrio. terrenum ſumere victum.

**Filiam mulieris ſyrophenĩſſę a dęmõio curat**
**Mathei. xv. Marci. vij.**

Hec vbi dicta dedit. pulcherrima rura ſyrorum
Sidonem tyrumqʒ petit. quom fęmĩa fuſis
Crin[...]us ꝛ pręcibus natam cauſata iacentum
Uoluitur: et tacitum non deſerit anxia chriſtum
Orare: vt mentem vexatam dęmone ſęuo
Redderet. ꝛ miſerę tandem reſipiſſe liceret.
Tunc etiam precibus ſectantum diſcipulorum

Reſpondit: proprias genitoris malle bidentes
Cogere: quas vanus late diſperſerat error.
Crebrius inſtanti tum talia fatur Jeſus.
Natis q̄ſq; ſuis panem non detrahit vnquam:
Et canibus iaciet. tum talia fem̄ia fatur
Micarum ſaltem. caībus ſua porcio mensę
Decidit. atq; nihil domīorum cęna grauatur.
Tum dominus loquitur. veniant tibi digna ſalutis
Pręmia. quę fidei meruerunt robora tantę.
Talia ſaluator verbis et voce loquutus
Uirgīs et mentem. diſcuſſo dęmone. virtus
Complexam impleuit. donis fęcunda ſalutis.

¶ Dec⁹ mare galilee claudos cęcos ⁊ mutos ſanat. ⁊ de ſeptē panib⁹ et paucis piſcib⁹ ſaturauit q̄ttuor millia hoīm ¶ Mat. xvi. Mar. viij.

Inde galilęas repedat ſaluator in oras
Pręcelſiq; procul montis conſedit in arce.
Haud mora. conueniunt populi: ſecumq; trahebant
Pars captos oculis. et vulgus debile crura
Elingueſq; alij. morbiq; vocabula mille.
Omībus ille tamen languores dempſit amaros.
Uiribus et validis venerando munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant
Aeternoq; patri laudes grateſq; celebrant.
Diſcipulos chriſtus cogens in vertice montis
Secrete alloquitur. plębis miſeratio multa eſt.
Tercia nam terris remeant iam lumīa ſolis.
Ex quo nulla ſibi ſumunt alimenta ciborum.
Jeiunam nolim tantam dimittere plębem
Ne labor afficiat populos per longa viantes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diſcipuli chriſto oſtendunt. ſeptem ſibi panes
Eſſe. ⁊ piſciculos alimēta ad proxima paucos.
Tum populum iuſſit terrę ꝑ terga cubare
Quodqꝫ fuit. totum proprijs decerꝑe palmis
Et cunctę curat menſatim tradere plębi.
Diſcipuli ponunt epulas: populuſqꝫ repletur
Ad faciē dapibus. relegunt mox fragmina panis
Et ſportas referunt cumulato pondere ſeptē.
Quattuor ex omi fuerant tum milia plębis
Nec numero q̄ſquam mrēs pueroſqꝫ notauit.

## De ſigno Jonę ꝓphetę. mat. xvi. mar. viij. io. vi.

INde Magedarum naui trāſcurrit in oras — Lu. xij
Ecce phariſęi ſadduceiqꝫ doloſi
Poſcere tentantes inſtant cęleſtia ſigna
Sed chriſtus cernens fallacia pectora fatur.
Connexum quotiens claudit nox humida cęlum
Si ruber aſtrifero procedit veſꝑ olympo
Dicitis adueniet vētura luce ſerenum.
Jamqꝫ ſub exortu ſolis: ſi triſtia rubro
Nubila miſcentur confuſa luce colori:
Dicitis agricolis nautiſqꝫ venire fragoſam
Uentorum rabiē. tempeſtatumqꝫ furores.
Fallaces noſtis faciem diſcernere cęli
Sęclorum vero neſcitis tp̄a ſignis
Explorare ſuis. ſꝫ vobis ſigna dabuntur
Quę maris īmenſo quondam venere profundo
Bęlua quom tenuit vētris ſub carcere vatem — Jonę. ij.
Hęc ait. ⁊ propere puppis retinacula ſoluēs
Trans freta contēdit. rapido comprēdere curſu
Arua Philipporum: ſocijſqꝫ hęc talia fatur

## De fermēto phariſeoꝝ. mat. xvi. mar. viij. lu. xij

SOllicite vobis vitentur noxia farra
Fermētumq̃ʒ ferox veſtris auertite menſis.
Jlla phariſei ſadduceiq̃ʒ doloſi
Admiſcent eſcis. falluntq̃ʒ in noīe panis.
Quur vobis tacitas voluit cunctatio mētes
Pro quo parua fides ſenſu torpēte fatiſcit:
Dicitis auerſi naui ꝙ tollere panes
Non fuerit vobis vacuum farriſq̃ʒ cauendas
Jnſidias iubeam meminiſſe ⁊ ſcire putabam
Panes quinq̃ʒ mihi plębis ꝙ milia quinq̃ʒ
Jmplerint dapibus: cophiniſq̃ʒ ſuꝑflua tantis
Fragmēta ad cumulum fuerit collecta ciboꝝ.
Quattuor ⁊ rurſum cęnantum milia panes
Quod facile implerit ſeptem. ſportaſq̃ʒ referri:
Vidiſtis rurſus completas relliquiarum
Sʒ moneo iſtorum ſemꝑ fermenta cauenda.
Diſcipuli tandem vitalia ꝟba ſequuti:
Doctrinam cernunt fermēti noīe dictam.

## ¶ Petrꝰ poſt ꝯfeſſiōem qꝛ chr̄s dei eſſet dure increpat dicēs vade retro ſathana. mat. xvi. mar. viij

JNde vbi peruētum eſt: liq̄di ꝑ terga ꝓfundi ¶ Lu. ix.
Clara Philippeo quo pollēt noīe rura:
Cogit concilium ſectantum diſcipulorum.
Et quęrit quē ſe populorum fama putaret
Reſpondēt multas plębis tunc eſſe loquelas.
Crebrius audiſſe ⁊ multos firmare ꝙ eſſet
Juſtus ioannes. populos q̄ flumīe lauit.
Pars trepidat (mēori ſeruans oracula mēte Malach. xl.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Heliam veniſſe iterum. quem prepete curſu
Turbine cęleſti quondam ſimulata quadrigis iiij. Re. ij
Aſtris inſeruit rapidę vis feruida flammę.
Hieremiam dixere alij. pars eſſe prophetam.
Tunc chriſtus cunctis arridēs pectore blando
Conquirit: quę ſit ſentētia diſcipulorum.
Sꝫ ſtabilis petrus: Tu ſancti filius inq̄t
Chriſtus. magnifico terras qui lumīe comples.
Tum dñs: forti reſpondet talia petro.
Petre beatus eris: nam talia pandere certe
Humanus ſanguis vel terrę portio corpus:
Haud vnq̄ꝫ poterit: genitoris munera ſola
Poſſunt tam validum fidei concedere robur.
Tu nomen petri digna ꝟtute tueris
Hac in mole mihi ſaxiqꝫ in robore ponam
Semper manſuras ęternis mēibus ędes.
Inferni domus hęc non exuperabile portis
Clauſtrum ꝑpetuo munitum robore habebit.
Cęleſtiſqꝫ tibi claues permittere regni
Eſt animus. terriſqꝫ tuo quę nexa relinques.
Arbitrio: cęlo pariter nodata manebunt.
Soluerit ꝛ rurſus tua q̄ ſentētia terris
Haud aliter veniēt: cęli ſub ſede ſoluta.
Sed vos diſcipuli chriſtum me dicere cunctis
Parcite: ꝙ ſoli cognoſcant talia digni.
Iam lux adueniet ꝓperis mihi curſibus inſtans
Mœnibus in ſolymis rabies quom prona furore
Eximios vatum ſaturabit ſanguine noſtro.
Aſt vbi luciſluum reddet ſol tercius ortum
Conſurget radijs pariter redimita ſalutis

Vita mihi. cunctiſq; dabit ſua munera terris.
Tunc petrus magno perculſus corda dolore
Abſint chriſte tuis inquit tam triſtia ſanctis
Monſtra procul mẽbris. nec fas ē credere tantū
Nec tibi tam durus poterit contigere caſus:
Chriſtus ad hec. Procul hinc inq̄t. procul effuge demon
Nil diuina tuam mẽtem prudẽtia tangit
Sz terrena ſapis. molliq; timore tremiſcis.

**Dicit crucē ſuā tollē debē vnūquēq; q̄ velit dn̄m ſeq̄: et d̄t nō viſuros quoſdā mortē dōec videāt filiū hoīs in regno venire. Mat. xvi. Mar. viij.**

SEd ſi quis vr̄m veſtigia noſtra ſequetur.
Abneget hic ſeſe: corpuſq; aīamq; recuſans
Atq; crucem propriam comitatibus addere nr̄is
Gaudeat: amiſſam redimet cui gl'a vitam.
Nam ſeruata perit terris poſſeſſio lucis.
Commoda ſed q̄d erunt ſęcli mortalia lucra
Si damnum pariant vitę luciſq; perennis:
Vel quę digna queunt aīę commercia poni:
Filius huc hoīs veniet ſub noīe patris
Cęleſteſq; illum fremitu comitante miniſtri
Stipabunt. reddetq; hoīm ſua debita vitę.
Vera loquor: certos iſtic ſub noīe lucis
Inueniam. cęli fulgēs quum regna capeſſam.

**De tranſfiguratione ieſu chriſti.**
**Mat. xvij. Marci. ix. Lu. ix**

HAec vbi dicta dedit. paſſus bis terna dierum
Lumina conuerſo terras tranſcurrere cęlo.
Tum ſecum iubet abruptum conſcēdere montem
Petrum zebedeiq; duos per deuia natos

Inde vbi peruētum eſt. ſecreti montis in arcem
Cōtinuo chriſtus: faciem fulgore coruſco
Mutatur. veſtiſqȝ niuis candore niteſcit.
Reſpiciūt comites: mediūqȝ aſſiſtere ſanctis
Helię Moſiqȝ vident. Tum talia petrus
Reſpice num nobis potius diſcedere longe
An iſtic tantę ſpectacula cernere molis
Cōueniat: trina tamē hic tentoria vobis
Si iubeas frondis faciam diuerſa paratu
Singula ſub noctem quę vos aulea receptēt.
Talia dum loquitur: cęlo p̄ fulgida nubes
Circūiecta oculis condebat lumīe montem
Et vox e medio lucis manifeſta cucurrit.
Viuēs hic meus eſt natus: mea ſumma voluptas
Huius iuſticiam iuſto cōprendite corde.
Diſcipuli pauido preſſerunt corpore terram
Nec ṗus e prono vultus ſuſtollere caſu
Audebant: ſancto chriſti q̄ꝫ dextera tactu
Demulcens: blandis firmaſſet pectora ꝟbis
Surgite: ꝛ abiectū fortes calcate timorem:
Glorię ꝛ huiuſce exꝑtes vos reddite cunctos
Nec cuiq̄ꝫ p̄ſens pandatur viſio vobis
Ni ṗus huc homīs ſoboles ſpecioſa reportet
In lucē referēs mortis de ſede trophea.
Conſurgūt: ſolūqȝ vidētes voce requirūt
Quur ſcriptis veteꝝ ſcribaꝝ factio certet ¶ Malach. vlti
Heliam ṗmum cęli de ſede reuerti
In terras: chriſtiqȝ dehinc cōſurgere lucem.
Chriſtus ad hęc: veniet certo ſub tempore iuſtus
Helias: reddens mox oīa debita ſęclo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed ſi q̄s credit iam venerat ante renaſcēs
Ignotū veluti rabies quem ceca furoris
Dimerſit leto: mox ſeuior altera cedes
En hoīs nato trucibus laniantibus inſtat.

## Puerū lunaticū ſanat ꝛ de fide vt granum ſynapis docet.

### Matthei. xvij. Mar. ix. Luce. ix

Hec ait: ꝛ populū repetit monteq́ʒ relinquit.
Ecce ſed inflexis genibus: fletuq́ʒ ſolutus
Uir ſenior: p̄cibus chriſtum veneratus adorat.
Dauidis ſoboles: hoīm lumenq́ʒ ſaluſq́ʒ:
Te p̄cor horribilē nati de corpore morbum
Perturbes: reddaſq́ʒ ſeni ſolatia vite.
Nam in curſus lune: natū mihi demonis arte
Torquet: ꝛ in liq̄das deiectum proijcit vndas:
Aut miſerū medio ꝓiectū voluit in igni.
Nam tua diſcipuli ſectātes iuſſa: frequēter
Cōniſi: nulla in ſolidū mihi dona dederunt.
Tum chriſtus magno cōmotus corda dolore:
O gens nullius fidei gens effera ſemꝑ
En etiā patiar vobiſcū me fore terris?
Sic ait ꝛ puerū mandat ꝑferre parēti
Ante ſuos vultus: tum vocis pondere multo
Incubuit: mētiſq́ʒ ſimul cōuulſa venena
Demonis horrēdi: purgato corde fugauit:
Diſcipuli rogitāt: quur nō ſucceſſerit illis
Eiuſdem pueri totiens tētata medela?
Reſpondit dn̄s: labat q̄ꝛ pectore veſtro
Inſtabilis fidei nutans ꝑ lubrica greſſus.
Nam ſi tanta foret credēdi portio vobis

Que minimi poſſet granũ ꝑſtare ſynapis
Iſtius hinc mõtis poſſetis vellere verbo
Inq3 alias ſedes cunctã trãſuoluere molem.
Nam genus hoc morbi: ꝑcib9 ſine fine: fideq3
Multaq3 robuſti ieiunia pectoris arcent.

## Petrus in ore piſcis nũmum inuenit quo diſſoluit tributum. Matthei. xvij

Inde capharnaũ gradiens ꝑuenit ad oras
Cõuenere petrũ: q̃bus inſtat cura tributi
Soluere poſcẽtes ſolitũ pro noĩe chriſti.
Ille ſed ad petrũ cõuerſus: talia fatur.
Dic inquit reges. quorũ dependere natos
Externos ꝓprios ne ſibi iuſſere tributa?
Reſpõdit petrus alienos ſoluere certũ eſt.
Cernis ait chriſtus natum nõ ſoluere regis
Sed ne quẽ lędam: ꝑceptũ ſuſcipe noſtrũ:
En maris vndiſoni rupes q̃ ꝓdit in altum
Scandat tibi ſumma ſimon: hamuſq3 ꝓfundo
Stamine ſętarũ cõnexus ꝑcipitetur.
Heſerit 7 curuo q̃ primus acumine piſcis
Huius pandãtur ſciſſi penetralia vẽtris
Illic inuẽto: duplex diſſolue tributum.

## De humilitate pueri Matthei. xviij. Marci. ix. Lu. ix. 7 xvij.

Diſcipuli poſt inde rogãt: q̃s maximus alto
In cęli regno: meritiſq3 ꝑ qualibus eſſet?
Tum chriſtus medio puerũ cõſiſtere cętu
Pręcipit: 7 placido doctor ſermone ꝓfatur.
En huius ſimilẽ pueri ſe reddere certet
Quiſq3 cupit celſam cęli cõſcendere ſedem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Erroris laqueos ſeclis increſcere certũ eſt.
Sed tñ infelix ꝑ quem generabitur error.
Qui vero e paruis iſtis deceperit vn um
Si ſapiat nectar ſaxo ſua colla molari
Præcipitemq̃ꝫ maris ſeſe iaculetur in vndas:
Nec quiſquã faſtu paruos contempſerit iſtos
Horũ cuſtodes cęleſti in ſede tuentur
Altithroni vultũ genitoris ſydera ſupra.
Sed ſi q̃s paſtor: cui paſcua credita tondãt ¶ Lu. xv.
Centum balantes vnã quom forte ſeorſum
Neſcius error habet q̃ſitor deſerit omnes
Unius ⁊ totis luſtrat veſtigia ſiluis.
Jllam ſi magno poſſit reperire labore
Lęticia inuẽtę maior tum naſcitur agnę:
Quam ꝓ cunctarũ numero q̃ nulla receſſit
Ex iſtis paruis genitor ſic ꝑdere quenq̃ꝫ
Nõ patitur: gaudetq̃ꝫ ſuis increſcere regnis.

¶ De correptione fratꝝ ¶ Mat. xviij. Lu. xvij.

Si fratrẽ ꝓprio delicto cõmaculatum
Cernis: ſecreto mox dictis corripe ſolus.
Si tua ṽborum patiẽs moderamia laudat
Labentis mentem frater lucrabere fratris.
Sin tua ſolius cõtemnet ṽba relinquens
Tunc aliis ꝑiter monitor pia iuſſu frequẽtet.
Sed ſi decutiet doctorũ frena duorum.
Tũc ad cõcilium referãtur crimĩa plenum:
Ut populi ſaltem ſanetur p ondere victus.
Sin ⁊ multorũ cõtempſerit efferus ora
Sit tibi diuiſę mulctatus nomĩe gentis.
Nãq̃ꝫ in cõcilium ſemꝑ pręſentia noſtra

Adueniet: mediūq; duum me ſtare neceſſe eſt
Siue trium fuerit cętus ſub nomīe noſtro.

**Quod indulgere debeamus alterutr; vſq; ſeptuagies ſepties. Mat. xviij. Luce. xvij.**

Tum petrus q̄rit quot fratri errata remittat
An ſeptē lapſus homī indulgere liceret?
Chriſtus pſequitur: non ſeptem crimina tantū
Sed decuplata ſup donētur vulnera fratri.

**De eo qui cōſeruū propter denarios centū ſuffocat. Matthei. xviij.**

Nam cęli regnū dn̄o p̄diuitis aulę
Conſimile eſt: nūmi rōnem qui ſibi poni
Juſſerit: ⁊ ſeruū debentem multa talenta
Pręcipit abreptū cū coniuge progenieq;
Atq; opibus cunctis venali nomīe ſiſti.
Tum ſeruus dn̄m proſtrato corpe adorat
Et ſpondet ſpacij ſibi ſi foret vlla facultas
Omnē nūmorum dn̄o diſſoluere ſummam.
Cōmouit dn̄m famuli miſeratio flentis
Cunctaq; trans meritum cōceſſit debita ſeruo.
Ille ſed egrediēs conſeruū limine in ipſo
Flactus cōſtringit: tum debita fortior vrget
Perſolui: precibuſq; locum truculentus abegit
Carceris ⁊ merſum tenebris pęniſq; p̄mebat.
Quę poſtq; dominus famulorū noſcere verbis
Incipit: adducto ingeſſit iuſtiſſima ſeruo
Dicta dolens: iramq; mouet: iuſſiſq; ſeueris
In tormenta ferum detruſit cuncta reuoluens
Debita: quę dignis lueret per vincula pęnis.
Sic vobis faciet genitor qui culmina cęli

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Poſſidet: immites ſeuo ſi pectore fratrum
Peccata ornatum: dure punire voletis.
**Vxorē nō dimittendā niſi ob fornicatōem Infantes nō arcēdos eē a bñdictōe dixit** Mat. xix
Talia dicta dedit: galileaq́ʒ rura reliquit Mar. x.
Iudeāq́ʒ petit. qua pinguia rura ſilenter
Agmine iordanis viridis prorumpit ameno
Nec minus in ſtratis egris donare ſalutem
Sublimiſq́ʒ patris cōcedere munere perſtat.
Ecce phariſei tentātes querere pergunt
Coniugis an liceat reiectum ſcindere vinclū
Quicquid erit leſi tāget quod corda mariti?
Hec vbi pcepit: depromit talia chriſtus.
Principio: deus in terris par diſpare ſexu Gen. i
Conſtituit: iuſſitq́ʒ vno de corpe necti:
Amborumq́ʒ aīos iunctis inoleſcere mēbris.
Quod deus ergo iubet ꝓprio concreſcere verbo
Illicitum eſt hoīm fedo ſecernere luxu.
Moyſes pcepit (q pectora dura videret)
Scribere diſcidiū quo ſaxea corda reuinci
Per ꝓprios apices poſſint ſub iudice flamme
Nam temere exoluet caſti qui iura cubilis
Alteraq́ʒ illius thalamis ſociabitur vxor:
Crimen adulterij: populo ſub teſte ſubibit.
Diſcipuli referūt vrget lex iſta virorū
Seruicijq́ʒ premit nō equo pondere ptem:
Ut melius fuerit thalamis caruiſſe peroſis?
Reſpōdit dn̄s: non oēs pondere tanto
Subijcient humeros: lecte ſunt talia dona
Uirtutis: trino truncantur corpora more:

Que nulla gaudent genitali lege thororū.
Nāq3 alios tales progigni in lumis oras
Cōperimus: plerosq3 hoīm vis ferrea ſexu
Exuit: atq3 alios ipſis ſibi demere conſtat
Pro celi regnis: pronū de pectore amorem.
Quiſq3 capax fuerit: celſa ꝟtute capeſſat
Quod paucis lectiſq3 deus vult pandere munus
Hec ait: ⁊ pueros quos gaudēs cura parentū ¶ Lu. xviij.
Cum ꝑcibus letis: certatim hincinde ferebat
Suſcipit: ⁊ plebem ſectātem q̄ ꝓhiberet
Increpat: ac tales affirmat regna mereri
Aule celeſtis: ſanctas his ordine palmas
Imponit: redditq3 vlnis portare parentum.

¶ Diuitē difficile ītroire in regnū celorum.

¶ Matthei. xix. Marci. x. Lu. xviij.

Ecce ſed e populo iuuenis: cui rura domuſq3
Et gaza ſtabat rerū poſſeſſio fulgens
Accedit: chriſtumq3 palam ſubmiſſus adorat.
O bone ꝑceptor dic nūc que facta ſequamur
Ut mihi ꝑpetuā liceat cōprendere vitam.
Huic auctor vite tum talia reddit Jeſus:
Nūc demum q̄ris veteri q̄ lege tenentur
Non homis perimes vitam. nō furta thororū
Inuades: queſtū ve alienis noxia rebus
Mens aut dextra liget: no teſtis falſa loq̄ris
Sic genitor genitrixq3 tuo ſublimis honore
Proximus ⁊ puro pro te tibi cedat amore.
Ille dehinc. Iſta hec ſemꝑ mihi ꝑpete cura
Obſeruata reor. ſed ne quid forte relictum

Deſit: p̄ſenti liceat me voce moneri.
Tum chriſtus fatur. nūc ſi ꝑfecta requiris
Prendere precelſis meritis faſtigia vite.
Omnia que ꝓprio retines ſolus dominatu
Diſtrahe ⁊ ad miſeros cōfer ſecurus egētes.
Tunc theſaurus erit celi tibi conditus arce
Virtutiſq̃ tenax: veſtigia noſtra ſeq̄ris.
Hec adoleſcētis veniunt vbi dicta ꝑ aures
Deiecit vultum: triſtiſq̃ in tecta refugit.
Tum ſic diſcipulis vite ſpes vnica fatur
Difficile eſt terris affixos diuite gaza
Auelli: celiq̃ leues in regna venire.
Nam citius tenuis per acus tranſire foramen
Deformis poterūt immania mēbra cameli
Quam diues valeat celeſtia regna videre.
Talibus attoniti comites: ſtupidiq̃ ſilebant
Voluentes que tanta foret ſub pectore virtus
Humano: talem poſſit que prendere vitam.
Reſpicit eterne iuſtorum gloria vite
Atq̃ ait: hec homini forſan videantur acerba
Sed deus electis facilem p̄pandit in ethra
Poſſibilemq̃ viam: virtus quam celſa capeſſat.

**¶ Jeſus ꝓmittit cētuplū receptur ꝙ oib⁹ renūciat. p̄mos fieri nouiſſīos. Mat. xix. mar. x. lu. xviij**

Tum petrus fidei munitus menibus infit
Omnia noſtra olim proiecta reliquimus omnes
Et tua iuſſa ſequi: nobis ſpes vnica reſtat
Quid noſtris animis ſupeſt: dic chriſte p̄camur.
Talibus ad petrum verbis reſpondet Jeſus.
Vos quicūq̃ meū mētis penetralib⁹ altis ¶ Lu. xxij.

Credētes ſeruatis iter. quum ſederit alte
Progenies hoīs: celſo quem cinget honore
Maieſtas: bis ſex illic pulcherrima virtus
Conſtituet vobis ſublimi in vertice ſedes:
Judiciumqȝ hoīm pariter tractare licebit.
Hic q̄cunqȝ ſui linquet generiſqȝ domuſqȝ
Gazas: affectuſqȝ oēs pro noīe noſtro:
Centuplicata dehinc capiet: vitamqȝ perennē.
Primoꝝ meritum: poſtremi tranſgredietur
Ultima p̄teriti capient vix premia primi.

Parabola opariorꝝ in vineā ꝯductorꝝ. Mat. xx

Sedulus vt ruris dn̄s cui dulcia fundum
Pinguibus ī campis late vineta coronant.
Hic vbi progreſſus prio cum lumīe ſolis
Conduxit iuuenum fortiſſima robora: pactus
Unius in lucis certa mercede laborem:
Et ſua tum iuſſit cultu vineta poliri
Ipſe ſed egrediens: vbi tercia venerat hora
Jnuenit ecce alios ad opus q̄bus ire iubebat:
Pro meritis opeꝝ promittēs premia digna.
Jlli non aliter lęti pręcepta ſequuntur.
Aſt vbi ſexta dehinc lucis tranſfluxerat hora
Haud ſecus hinc alios iuuenes conducere pergit.
Horaqȝ nona dehinc vbi ſolis curſibus acta eſt
Tunc alios pariter conductos iuſſit adire.
Ultima labentis reſtabat porcio lucis
Egreſſus cernit iuuenes. cauſaſqȝ requirit
Quur pigris maībus torperent ocia lenta.
Conductor reddunt ipſis ꝙ nulla dediſſet.
Juſſa: ſuo dn̄s mox hos in ſiſtere ruri



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tunc etiam iuſſit: ſꝫ veſpere protinus orto
Pręcipit vt cuncti caperēt mercedis honorem
Aequaliqꝫ oēs portarēt p̄mia nummo.
Tunc manus illa viꝝ. prima q̄ luce laborem
Suſtulerat: factiſqꝫ diē tolerauerat ęquum:
Indignās ſecum tali cum murmure fatur.
Iniuſtum eſt: iſtos ſil'em vt nos q̄rere nūmum
Ultima quos operi ſero conduxerat hora
Tum dn̄s ruris ſedato pectore fatur
Illibato tibi mercedis porcio ſaluę
Redditur: ⁊ pacti ſeruantur iura fidelis.
Iſtis de nr̄o liceat concedere tantum
Extima q̊s operis glomerauit porcio ruri
Nam multos hoīes dignatio ſancta vocauit
Aequis ꝑ minimā dignum eſt ſecernere partē.

## Jeſus p̄dicit diſcipulis paſſionē ſuam.
## Mathei. xx. Mar. x. Lu. xviij.

HAec ait: ⁊ ſolymos repetit: comiteſqꝫ ſeorſum
Alloquitur: ſolymiſqꝫ iteꝝ regionibus infit
Ingredimur gnari: truculētaqꝫ męnia adimus.
Filius hic hoīs tradetur ad vltima mortis
Scribaꝝ procerūqꝫ ferēs ludibria: mēbris
Affixuſqꝫ cruci poſt tercia lumīa ſurget.

## De petitōe filioꝝ zebedei. Mat. xx. Mar. x.

HIc tum zebedei coniunx ſubmiſſa rogabat
Ut chriſto medio: cęli ſublimis in arce
Fęlices nāti dextra lęuaqꝫ ſederent.
Tum q̄rit chriſtus: calicē ſi ſumere poſſent
Quem ſibi p̄ceptis inſtaret ſumere patris.
Reſpondēt ſe poſſe ſimul. Tum talia chriſtus

Vos nrm̃ calicem fas eſt potare: ſed altis
Sedibus ęquali mecum conſidere honore
Non hoc nrã dabit cuiq̃ʒ pro munere ꝟtus:
Hęc paucis genitor ſublimia dona reſeruat.
Ex in diſcipulos dictis pro talibus oẽs
Cõmotos: ſtabili ſermoĩs mulcet honore.
Gentibus infidis: celſa dicione ptãs
Imponit quoſcunqʒ velit dominẽtur eoꝝ
Exercentqʒ trucem ſubiectis vrbibus iram.
Vos hic ſed longe tranquillior ęquora vitę
Concordi ſternit mitis moderatio pace.
Magnus ꝛ obſequijs creſcit ſuꝑ alta miſter
Nec primus quiſquã niſi cũctis ſeruiat vnus
Eſſe poteſt: hoĩs natę ſic cuncta miſtrat
Obſequio ſolus ꝓprio pia munera geſtãs
Pro multiſqʒ aĩam p̃cioſo ſanguĩe ponit.
At vos ex mĩmis opibus tranſcẽdere vultis
Et ſic e ſummis lapſi cõprenditis imos.

**Super hoc Recumbe in nouiſſimo loco.**

**Luce. xiiij.**

SI vos quiſqʒ vocat. cęnę conuiuia ponẽs
Cornibus in ſummis. deuitet ponere mẽbris
Quiſqʒ ſapit. veniet forſan ſi nobilis alter
Turpiter eximio cogetur cędere cornu.
Quẽ tumor inflati cordis ꝑ ſumma locarat.
Sin contentus erit mediocria prendere cęnę
Inferiorqʒ dehinc ſi mox conuiua ſubibit
Ad potiora pudẽs tranſibit ſtrata thoroꝝ.

**In die palmaꝝ de aſina et pullo eius.**

**Mathei. xxi. Mar. xi. Luce. xix. Jo. xij.**

PRoxima tum ſolymis: conſcēdit culmīa montis
Ordinibus lucent que glaucicomātis oliuę
Hinc lectis iuſſit ſectantum diſcipulorum
Obuia caſtelli monſtrans habitacula chriſtus
Inde aſinam pariter fętu comitante reptam
Ducere vel ſi quis cauſam diſquirere vellet
Quur ſua tam ſubito quoqꝫ iumēta trahantur
Huic reddant: nrō nunc ijs opus eſſe magiſtro
Diſcipuli celeri complent ꝑcepta paratu
Adducunt: molliqꝫ ſuꝑ velamīe veſtis
Inſternunt placidum pullum: ꝑbentqꝫ ſedēdum.
Huic veteris quondā fluxit vox nūcia vatis ¶ Zacha.ix.
Ecce venit placidus tibi rex. quem terga ſedentē
Pręmitis geſtant aſinę pulliqꝫ ſequentis.
Tum populi ſtratas prętexunt veſtibus oēs
Quaqꝫ iter eſt chriſto ſubnixa fronde coronant
Proxima tunc alij ſpoliat palmeta virore
Conclamantqꝫ oēs: dauidis origine creto
Oſanna: excelſis ſit gloria lęta tropheis.
Sic tunc ingreditur ſolymoꝝ mēia chriſtus
Ingreſſo occurrit primo ſub limīe templi
Cruribus atqꝫ oculis certatim debile vulgus
Quos vbi tam ſubito greſſu viſuqꝫ vigentes
Cuncta ſacerdotum cognouit factio mirans
Et pueros templi complentes tecta canore
Oſanna ęgregia dauidis ſtirpe creato.
Tunc pręcontantur cuncti q̄ cauſa canoris
Impubem tantam tollat ꝑ gaudia plębem.
Chriſtus ab hęc: legis ſanctę vos ſcripta tenere
Creditis: infantum quę dicit ab ore venire

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lactentū ꝛ linguis iuſti cōſurgere laudem.

**¶ De ficu q̄ arida fcā ē ¶ Mat.xxi.mar.xi.lu.xix**

Hec ait: ingratā linquēs cum ciuib⁹ vrbem
Bethaniam qꝫ petit: rediensqꝫ in margine cernit
Strate: tendētem diffuſa vmbracula ficum
Illic forte cibi ꝑtentans corda voluntas
Arboris attrectat ramos: ſed nulla facultas
Pomorū: ſterilis frondis cōcreuerat vmbre.
Olli chriſtus ait: nō ſit tibi fructib⁹ vnqꝫ
Copia promendis: tum ꝓtinus aruit arbos.
Diſcipuli celerem mirātur in arbore mortem.
Sed chriſtus ſtupidis aſſiſtēs talia fatur.
Nunc ligni iſtius noſtro ſtupuiſtis honore
Deſiſſe ad vires terrenos ducere ſuccos.
Sed veris ꝟbis iterūqꝫ iterūqꝫ monebo
Nāqꝫ fides ſi certa animi cōſiſtit in arce
Nec dubijs nutās vicijs tremebūda iacebit.
Arboris iſtius vobis ſubſtātia cedet ¶ Luce.xvij.
Nec tantū iſtius: ſed mōtis celſa reuelli
Credētum ꝟbis poterūt: vndiſqꝫ profundis
Cum ſiluis ꝑiter ſaxiſqꝫ feriſqꝫ recondi.
Et quecūqꝫ fides robuſto pectore poſcet
Credentum: ſemꝑ digna ꝟtute tenebit.

**¶ Ieſus īterrogat⁹ in q̄ ꝑtāte facerēt Ipſe interrogat de ioānis baptiſmate ¶ Mat.xxi.mar.xi.lu.xx.**

Hec vbi dicta dedit: templi ſe menib⁹ infert
Confeſtim proceres populi miracula rerꝫ
Collecti inquirūt: virtus que tanta dediſſet.
Iſtis chriſtus ait Querentib⁹ omnia vobis
Dicere iam facile eſt: ſi nobis veſtra viciſſim.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Peacōtata prius: paucis ſententia ſoluat.
Nuper ioānes puro qui gurgite lauit
Sordētes populi maculas: diuina poteſtas
An hoīs potius vobis fallacia viſa eſt?
Hec ait ancipiti ꝟborum pondere claudens
Captantū procerū mentem. Nā magna ꝓphetam
Plebis ioannem veneratio ſuſcipiebat
Nec poterāt eius fallacē dicere vitam.
Rurſus ſublimem dixiſſent ſi eſſe ꝓphetaꝫ
Occidiſſe illū traheret confeſſio culpam
Se neſcire tamē reſpondit factio fallax.
Tum chriſtus. Nō eſt iniuſtū claudere vocem:
Cū mihi claudātur ꝓcerum reſpōſa ſuperba.

**¶ Parabola hoīs qui filios mittit in vineam et ꝙ publicani ⁊ meretrices in regno dei multos ſacerdotum ⁊ ſcribarum ſunt precesſuri.**

**¶ Matthei. xx.**

NAm gemine prolis genitor: maioris in aures
Talia dicta dedit: vitis mihi portio maior.
Semiputata iacet: ſed perge ⁊ robore forti
Nunc ſcrobibꝰ nūc falce p̄mens: vineta retūde.
Tum iuuenis ſeſe tā ſordida vincla laboris
Nolle pati memorat: poſt oīa iuſſa parētis
Exequitur: dure damnās reſponſa loq̄le.
Poſt aliū natū ſimili ſermone iubebat
Ad vineta ſui depēdere iuſſa laboris.
Annuit his iuuenis: nec dictis facta repēſat.
Dicite quis potius genitoris iuſſa ſequatur?
Illi collaudāt nati reſpōſa prioris
Proſequitur chriſtus: nūc vera aduertite dicta

Jam magis hinc celi ſedem cōprendere certū eſt
Corpis e viciis: querētes ſordida lucra
Quam veſtrū quecꝫ: vobis nā venerat ante
Juſtus ioānes ſed nō eſt credere veſtrum.
Nāqꝫ fidem potius meretricū pectora certam
Hauſerūt: ſordeſqꝫ animi poſuere pudēdas
At vos tantorū ſcelerum nil penitet vnqꝫ.

## ¶ Parabola de vinitorib⁹ q̄ inficiūt ad ſe miſſos
## ¶ Matthei.xxi. Mar.xii. Lu.xx.

Sic quidā diues: cui iugera multa nitētis
Vineti ſepes circūdenſata coercet.
In medio turrem prelūqꝫ ⁊ dolia fecit. ¶ Eſaie.v.
Cultoreſqꝫ dedit: fructuſqꝫ locauit habēdos
Impoſitam ſtatuēs mercedis ſoluere legem.
Tum longinqua petit: ſed fructus tpe certo
Actores famulos mittit: quis portio ſalua
Cultorū certa ruris mercede daretur.
Ecce colonorū rabies hos verbere ſeuo
Aſt alios lapidū proterrēt vndiqꝫ telis
Deniqꝫ letali ꝓſternūt vulnere multos.
Tum dn̄s ruris plures incedere ſeruos
Precipit: ⁊ rurſum mercedis pacta repoſcit:
Maior at in plures audax iniuria ſurgit.
Ultima iam dn̄o natū dimittere mens eſt
Quod ſobolem ꝑtemqꝫ ſui vis digna pudoris
Cultorū cordi venerandam poſceret eſſe.
Sed cōtra illorū iam mens maculata cruore
Progenie extincta dn̄i: ſibi poſt dominatū
Cedere credētes: crudeli vulnere fixum
Obtruncāt: iaciūtqꝫ foras trās ſepta cadauer.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Poſt hęc: iam dñs veniet p̄gnaſq; repoſcet
Tantorũ ſcelerũ: ſed vobis tradita quondam
Fulgẽtis regni ſedes tranſlata feretur
Ad placidã gentem: poſſit q̄ reddere fructus.

## ¶ Parabola de inuitatis qui cõtemnunt venire ad nuptias. ¶ Ma. xxij. Lu. xiiij. Apoca. xix

V T rex: q̄ nato thalamorũ vincula nectẽs
Pręcepit p̄ceres cõuiuia lęta frequẽtent
Accitos famulos voti regalis honorem
Cõcelebrare ſimul: cuncti ſed adire recuſant
Regales thalamos regalis pocula menſę.
Poſt alios mittit: ſeſe largiſſima cuncta
Magnificaſq; dapes cõuiuia lęta paraſſe
Illi neglectis dapib9 diuerſa petebant
Hic ędes p̄prias: hic ruris tecta p̄pinqui
Aſt alius merces potius ac lucra reuiſit.
Multi p̄terea miſſos qui ad lęta vocarent
Inſontes famulos rapiũt ⁊ corpa ferro
In mortem cruciãt: tum rex vbi cõperit acta
Millib9 armatis: ciues cũ mœnib9 ipſis
Subruit: effuſi famulorũ ſanguis vltor:
Tũc ſeruis fatur nũc feſta iugalia cęnę
Pręlargis dapib9 quęcũq; inſtruximus: illi
Cõtempſere meis p̄ceres cõtingere mẽſis.
Ite igitur p̄pere p publica ſepta viarũ
Et quoſcũq; illic caſus glomerauerit: omnes
Huc lętis nati thalamis adhibete vocãtes.
Progreſſi famuli p compita cuncta viarum
Inuentos duxere ſimul. Iam deniq; cunctę
Complentur menſę mixta ſine nomine plebe

Hic iuſti iniuſtiqꝫ ſimul cubuere vocati.
At rex ingreſſus. conuiuia leta reuiſit:
Hic videt indutum pollute veſtis amictu
Leticie thalamis fuerat cui diſſona lingua.
Iſqꝫ vbi regalis ſermonis pondere cauſas
Reddere pro veſtis maculis et labe iubetur.
Oppreſſo tacuit non puri pectoris ore.
Et tunc conuerſus: famulis rex precipit illum
Connexis manibus pedibuſqꝫ et corpore toto
In tenebras ruptum mox precipitare profundas.
Illic ſtridor erit: vaſti ſine fine doloris
Et ſemper fletus. Multis nam ſepe vocatis
Paucorum felix hominum ſelectio fiet.

## Incipit liber Quartus Iuuenci

### De denario ceſaris. Mat. xxij. Mar. xij. Lu. xx

Talia dicentem: confeſtim factio frendens
Tentare aggreditur: verbis cū fraude malignis
Certum eſt veridicum te nunc veniſſe magiſtrū
Nec quenquā metuens domini veſtigia ſeruas.
Dic ergo an liceat noſtre diſſoluere genti
Ceſaris vrgentis ſemper: ſub lege tributum?
Ille ſed inſpiciens ſequi penetralia cordis
Quur tentatis ait nunc me concludere verbis?
Fallacis mentis perdit fallacia fructum
Aſpicite en nummum. ſculptiqꝫ nomiſmatis era
Ceſaris expreſſum promptum eſt ibi cernere vultum.
Soluite nunc illi propria ſub lege tributum
Atqꝫ deo proprium legis ſeruemus honorem

¶ De muliere q̄ ſeptem fratribus nupſit.
¶ Matthei. xxij. Marci. xij. Luce. xx.

Nde ſaducei tali cinxere latratu.
Moſea qui legum poſuit precepta iubere
Si quis coniugium properata morte relinquet
Pignoribus medijs nondum de germine cretis
Huius germano rurſus ſociabile vinclum
Deberi: generis pereat ne porcio lapſi.
Finibus in noſtris ſeptem germana fuerunt
Corpora: ſed maior natu cum vincula nupte
Sumpſit. pre celeri cecidit ſub acumine mortis:
Poſt alius frater. thalami ſine fructibus eque
Concidit: et cuncti iacuere ex ordine fratres.
Utq3 marite vni fletus omnes genuiſſent
Poſt ipſam rapuit gelide inclementia mortis.
Si venient igitur cuncti ſub lumina vite
Cuius connubijs mulier reddenda reſurget?
Illis chriſtus ait. errori obnoxia prauo
Legibus et iuſſis domini. mens dura reſiſtit
Neſcia virtutum et legum mens decolor errat.
Namq3 ſequenda dehinc lete reparatio vite
Non thalamos nouit non terre gaudia vana.
Sed ſimiles leuibus genitoris iuſta miniſtris
Conſtituet regni virtus ſublimis in aula
Nec deus illorum dominum ſe ponere poſcit
Qui terram proni meruerunt ſumere mortem.
Sed potius vite poſſunt qui prendere lucem.

¶ De p̄rio mādato īterrogat: et īterrogat⁹ interrogat de chriſto cui⁹ fili⁹ ſit Mat. xxiij. Mar. xij.

Ecce alij rogitant: quę ſint firmiſſima legis
Ille indefeſſus nulli reſponſa negabat.
Sublimen cęli dominum deuotio cordis ¶ Deutero. vi.
Diligat: eſt iſta hęc virtus firmiſſima legis
Conſimile eſt iſti: magno teneantur amore ¶ Leui. xix.
Ad ius fraternum iuſtę penetralia mentis: ¶ Roma. xiij.
His etenim geminis dependent omnia iuſſis.
Sed vobis cuius ſoboles ventura videtur ¶ Lu. xx.
Chriſtus: quem cuncti ſpondent in ſęcla prophetę.
Reſpondent illum dauidis germine naſci.
Proſequitur chriſtus. Cur illum dicere dauid
Diuino flatu ſcriptum eſt: dn̄mq; deumq; ¶ Pſal. cix.
Quod proprium patrem non ęquum eſt dicere nato.

**¶ Jeſus ad diſcipłos dicit vt q̄ phariſei dicūt fiāt non q̄ faciūt et increpat ſcribas et phariſeos.**

**¶ Matthei. xxiij. Luce. xi.**

Talia ſaluator. cuncti obſtupuere ſilentes.
Ille ſed accita credentum plębe profatur
Aſpice nunc ſcribas ſublimi ſede ſuperbos.
Hiquęcunq; docent iuſtum eſt comprendere cordis
Obſequio: maculas ipſorum temnite vitę.
Abrupta imponunt humeris nam pondera veſtris
Ipſi quę digito ſaltem comprendere nolunt.
Accubitu primo cęnę faſtuq; ſuperbo
Atq; ſalutantum vano tolluntur honore.
Et nomen ſublime volunt portare magiſtri.
Sed vos noluerim pręcelſi nominis arcem
Affectare: tamen vobis eſt vna magiſtri
Impoſita ęternum cęli de lege poteſtas:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vos eadem. fratrum parili coniunxit amore.
Unus item pater eſt cęli qui in culmine regnat
In vobis ſi quis ſublimia colla leuabit
Decidet. et barathri mergetur ad vltima cęno.
Aſt humilis claram conſcendet liber in ęthram.
Deflendi ſemper ſcribę et lachrymabilis qui
Ceca phariſęę cunctis fallacia plebis.
Nam vobis callis clauſus. quia iure negatur
Non ſinitis quenquam penetrare per ardua lucis
Et cunctos trahitis ſęuę ad conſortia flammę.
Vos ſimiles dicam: tectis ſplendore ſepulchris
Quis facies nitida eſt: internaque ſordida buſtis.
Si vox velatur iuſtę ſub imagine vitę
Atque adytis mentis cęlantur turpia corda.
¶ O ſolymi ſolymi: ferro qui ſępe prophetas ¶ Lu. xi.
Ad veſtram miſſos vitam ſine fine necaſtis.
Quam volui veſtram gentem populumque tueri
Ales vti molli ſolita eſt ſub corpore pullos
Obiice pennarum circum complexa fouere.
Sed vobis ſemper cęleſtia munera ſordent.
Deſeritur iam nunc domus hęc. vaſtata ruinis
Nec vobis noſtrum fas vltra eſt cernere vultum.

**¶ De tēpli ſtructura cui⁹ ſubuerſionē predicit**
**¶ Matthei. xxiiij. Mar. xiij. Lu. xix. et. xxi.**

Egreditur templo. cuius pręcelſa notantes
Męnia diſcipulos tali ſermone docebat.
Hęc operum vobis miracula digna videntur
Obtutu ſtupido: vęris ſed diſcite dictis.
Quod mox cuncta ſolo paſſim diſiecta iacebunt.

¶ Hęc ad oliueti dicens peruenerat arcem
Diſcipuli ſolum poſtquam videre rogabant
Ut ſibi venturi tempus diſtingueret qui
Promiſſa ipſius quem poſcant prendere finem
Eius vt aduentus: terrę conſumeret orbem.
Querentum verbis reſpondit talia chriſtus
¶ De ſignis extremi iudicij Mat. xxiiij. mar. xiij ¶ Lu. xxi.
OBſeruate dolum: falſo ne nomine capta
Credulitas. laqueis errantum precipitetur.
Diſcurrent cunctis bellorum incendia terris
Sed vos prevalido conſiſtere robore cordis
Ne mens accepto iaceat turbata tumultu.
Non etenim prima imponent mox prelia finem
Gentibus et gentem. et regibus obuia reges
Signa ferent. nec tunc morbi corrumpere tractum
Aeris: aut peſtes proſternere corpora parcent.
Fiſſa etiam ſolido perinania pondere tellus
Per diuerſa loci motu quaſſante tremiſcet.
Hęc in primicijs tentamina parua manebunt.
Tradentur multi veſtrum: lętoqꝫ dabuntur.
Proqꝫ meo vobis incumbere nomine gentes
Tormentis pęniſqꝫ feris odijſqꝫ neceſſe eſt.
Liuor erit terris: erroribus omnia plena
Et falſi ſurgent populorum labe prophetę.
Hęc inter: ſi quis protectum vulnere pectus
Ad finem ſeruare queat: ſublimia lucis
Eternis vitę ſertis redimitus adibit
Regnorum celi celebratio peruolitabit
In cunctas terrę metas: gens omnis habebit
Teſtem lucifluo ſanctę ſermone ſalutis.

Et tunc finis erit. currentia ſęcla reſoluens.
Adueniet iam tunc triſtis defectio terris ¶ Daniel. x
Quę danielis habet iuſſam veriſſima vocem:
Hęc dignus tantum poterit cognoſcere lector
Judei longe fugiant. monteſqz capeſſant
Nec quiſquam domibus repetat ſuſtollere ſecum
Quę fuga conſociet. veſtem ve aut mobile quicquam.
Deflendę iam ſunt vteri cum pondere matres
Et miſeros fętus dulci quę lacte rigabunt
Poſcite iam precibus. triſtis ne frigore brumę
Adueniat fuga veſtra. aut ne tunc ſabbata feſta
Anceps precipti turbet trepidatio curſu.
Nam cunctis venient ſęuiſſima pondera terris
Tale malum non ſęcla prius nec poſtea norunt.
Et in ſublimis genitor decerpere tempus
Et numerum miſerans vellet breuiare dierum:
Nulla dehinc trepidę ſuperarent corpora vitę.
Sed propter lectos veniet miſeratio iuſtos.
Nomine fallentes chriſti. falſiqz prophetę
Exurgent terris: et monſtra potentia fingent.
Quę forſan lectos capient miracula iuſtos.
En prędicta docent. inſtantia ſęcula vobis.
Deſertum ſi quis chriſtum peragrare loquetur
Occultiſqz procul penetralibus eſſe repoſtum
Longe credulitas abſit vaniſſima vobis.
Sicut enim fulgur cęlum tranſcurrit apertum
Et cerni facile eſt. cunctis orientis ab oris
Occiduum (dicto citius) volitare ſob orbem.
Sic rapido aduentu clarebunt lumina chriſti.
Sol rutilus furuis radios abſcondet in vmbris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Amittet curſum lunaris gratia lucis
Ignicomeq; ruent ſtellę: cęlumq; relinquent.
Omnis item virtus cęli commota superni
Signa dabit: proles hominis quis vertice cęli
Clareat. omnigenaſq; tribus. deflectio lucis
Urgebit. quando veniet nube ignicolori
Maieſtate potens hominis per ſydera natus.
Tum tuba terrifico ſtridens clangore vocatos
Iuſtos: quadrifido mundi glomerabit ab axe.
preteriet nec enim preſens generatio ſecli
Donec cuncta ſequens claudat ſibi debita finis.
Hęc tellus cęlumq; ſuper. ſoluentur in ignes
Sed mea non vnquam ſoluentur ab ordine dicta:
Quis ſit at ille dies. neſcire eſt omnibus ęquum
Ni ſolum rerum domino: qui ſydera torquet.
¶Ut quondam terras vndę inuoluere furentes
Et diuerſa ſibi tractantes munia cunctos
Diluuij rapuit ſubito violentia tractu:
Sic ſubitas flammas voluens deſcendet ab ęthra
Aduentus noſter. nec cunctos ille ſub vna
Conditione premet. nam tunc vbi iugera lata
Inſindent duo. depreſſis ſub vomere ſulcis
Unus correpto tolletur corpore arator.
Ignaruſq; alius vaſto linquetur in agro.
Uno quinetiam recubentes ſtramine lecti
Diſpar iudicium diuerſa ſorte ſubibunt.
Unus enim ſocium quęret per ſtrata relictus
¶Idcirco famuli vigilent quia neſcius illis
Aduentus domini ſubitas deſcendet in horas.
Pręmonitum furis tempus ſi inſiſtere sciret

Quiſq; domus cuſtos. vigilaret et obuia ferret
Arma procul. ruptas ne quis penetraret in ędes.
Sed vos intentis animis aſſiſtere ſemper
Namq; repentinus vobis: ſubituſq; recurret
Filius huc hominis. iuſtis ſua pręmia ſeruans.
Ille fidelis erit ſeruus. cui credere cunctas
Edes et famulos voluit per longa profectus
Uir pater ipſe domus: ſapiens nimiumq; beatus
Quem veniens dominus ſeruantem iuſſa videbit.
Illum maiori famulum cumulabit honore
Aſt ille infęlix: qui obſcęne luxuriatus
Tardantem contemnit herum. famuloſq; fatigat
Uerberibus. ſegniſq; indulgens ebrietati
Luxurioſorum conuiuia concelebrabat.
Adueniet dominus: ſtolide ſeruumq; furentem
Pręcipitem dignis pęnarum cladibus abdet.
Illum perpetuus fletus ſtridorq; manebit.

## ¶ De decē virginibus. Mat. xxv.

Conferri poſſunt cęleſtia regna puellis
Bis quinis: pars eſt quarum ſapientior vna
Altera pręſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde:
Occurrere illę votis ſponſalibus omnes
Ornatu accinctę tędarum flammicomantum.
Sed ſapiens pars illa: ſibi quo lumina flammę
Susciperet. portare ſimul curabat oliuum
Stultarum vero non eſt prudentia talis.
Quumq; moraretur ſponſus: tum membra ſopore
Soluuntur cunctis. per compita lata viarum.
Jam noctis medio clamor crebeſcere magnus
Exoritur: lętoq; dehinc occurrere voto

Admonuit: tedisq; vias ornare coruſcis.
Surgere tūc ꝑperant ⁊ claro lumine tedas
Inſtruere: ⁊ flāmas pingui cōponere oliuo.
Tum ſtolide rogitāt: olei ſibi cedere partem
Prudentes ſecum quod tum geſtare videbant.
Sed qm̄ ſapiens pauitat chorus: oībus eque
Ne deſint clare nutrimina pinguia flāme:
Ex paruo equalis ſi detur portio cunctis.
Tum ꝑgunt ſtulte: liq̄dum vt mercātur oliuū.
Dum ꝑgunt lete trāſcurrūt omnia pompe
Et ſponſo tātum comitatur factio prudens.
Adueniūt fatue ſero poſt tpe ſegnes
Et ſponſi pulſare fores: ⁊ limina clauſa.
Ne quicq̄ ingeminant: p̄cibuſq; ingrata frequentāt
Ut liceat miſeris penetrare in limina leta.
Illas non comitum ſponſi cognoſcere quiſquā
Non ſponſus voluit: quare vigilate timētes
Aduētus vobis q̄ non eſt certior hora.

¶ Silitudo de talēt. Mat. xxv. Lu. xix. mar. xiii

SIcut em̄ longas cui cōtigit ire profecto
In terras. credens ſeruis tractanda talenta
Uni quinq; dedit duo cepit ⁊ alter habenda
Tercius vnius curam tractare talenti
Suſcepit: vires qm̄ diuerſa merentur.
Sed maior quis eſt concredita portio nūmi
Certatim duplis auxerūt era lucellis
Ille ſed vnius cui credita cura talenti eſt
Telluri infodiens ſeruat ſine fructibꝫ era.
Iāq; aderat p̄ns dn̄s: tum primus ⁊ alter
Se geminaſſe illi ꝑiter concredita monſtrant.

Illos laudat herus patioraqꝫ credere tantę
Promittit fidei. ſed tercius ille reſedit
Et dño reddit tali cum voce talentum.
Nſcirem dño memet ſeruire ſeuero
Qui meteret ſegetes alieno ſemine cretas
Extimui: argentumqꝫ tuū concredere terrę
Malui: quo ſemꝑ saluū tibi reddere poſſim.
Tum dñs famulo reſpondens: talibus infit
Si neſcire meos audires dicere mores
Nequicię tantę veniam cōcedere poſſim.
Hoc igitur gnarū potius preſtare decebat
Ut fructū nobis tractata pecunia ferret.
Quapropter ſegni: tollatur portio noſtri
Prudentiqꝫ dehinc detur poſſeſſio maior
Quē cumulaſſe duplis lucris mea quinqꝫ talenta
Iuueni: nāqꝫ eſt certum potiora mereri
Quis res vberior: cumulatę ſortis abūdat.
At cui parua ſubeſt ſegni ſubſtantia corde
Id minimū penitus iuſte tolletur ab illo
Et nequā ſeruus tenebras demerſus ad imas
Perpetuos fletus: p̄gnę ſtridore frequentet.

## De ouib⁹ a dextr͛ ꝛ hędis a ſiniſtris. Mat. xxv.

Filius homīs natus veniet: patriſqꝫ miniſtris
Stipatus: celſa iudex in ſede ſedebit:
Tunc gentes cunctę diuerſis partibꝫ orbis
Cōuenient: iuſtoſqꝫ dehinc de labe malorū
Secernet: dextraqꝫ libens in parte locabit.
At prauos lęua deſpectos parte relinquet.
Ut paſtor pecoris diſcernit paſcua mixti.
Lanigeris dextrę ꝑmittens mollia partis

Atq; nos hirtis dumos tondere capellis.
Sed rex ad dextros cōuerſus talia dicet
Huc veniant ſancti iamdudū: debita ſumāt
Dona patris: mūdo que ſunt equęua nitenti.
Et iuſtis primo ꝓmiſſa parantur ab ortu.
Nāq; fame feſſum quondā me grata refecit
Hęc plębes: potuq; ſitim mihi ſępe remouit.
Hoſpitiūq; domus patuit mihi ſępe vocato.
Et nudus veſtis blandiſſima tegmina ſumpſi.
Carceris in pęnis horū ſolatia cępi:
Tum dn̄o tali reſpondēt voce beati.
Nō ꝗmeminit noſtrū quiſquā: te viſere nudum
Nec famis oppreſſum dura ditione notauit.
Carceris aut pęnis meminit vidiſſe reuinctum:
Reſpondens illis dicit tum talia iudex
Fratribus iſta meis: humiles miſerādo labores
Qui fecit: certum eſt dulcem mihi ponere fructū:
At vos iniuſti: iuſtis ſuccedite flāmis
Et pęnis ſemꝑ mentem torrete malignam.
Quas pater horrēdus baratri ꝑ ſtagna profundi
Dęmonis horrendi ſocijs q; ipſiq; parauit.
Nāq; ſitim paſſo quondam mihi pocula nulla
Nec famis in pęna parui miſeramina panis
Aut ꝑegrina mihi tecti veſtis ve parūper
Tegmina: de magnis gracili pro ꝑte dabantur.
Carceris haud ſepto clauſtris morbis ve iacenti
Unq; viſendi ſolatia veſtra fuerunt.
His damnata dehinc reſpōdet factio verbis
Haud vnq; noſtrū meminit te viſere quiſquā
Aut ſitis aut ſeu famis egrū agitare laborem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hoſpita vel feſſis errare per oppida rebus.
Carceris aut merſum pęnis morbo ve grauatum:
Ut tibi ſollicito fieret miſeratio iuſta.
His rerum dn̄s dicet: cum veſtra ſuperbo
Anguſtis rebus feritas ſub corde tumebat
Calcauitq; humiles nūmos: me ſpreuit in illis
Hęc vbi dicta dedit meritis ſua p̄mia reddet
Aeternū miſeri pęna fodientur iniqui:
Aeternūq; ſalus iuſtis cōceſſa manebit.

## De ſuſcitatōe lazari. Joānis.xi.

Talia dum loquitur: ſciſſos lacerata capillos
Pro fratris morbo: iuſtis ſoror anxia curis.
Hortatur iuuenem rapido percurrere greſſu
Caſibus vt tantis chriſtus ſeruaret amicum
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis
Obſequio cuius fratremq; domumq; merentem
Complexus pleno chriſtus retinebat amore.
Nuncius adueniens narrat in agone iacere
Dilectum chriſto iuuenem: ꝑ triſtia morbi:
Et lęti ⁊ vitę confinia ſumma tenere.
Lazarus hic habuit nomen: ſed chriſtus amaris
Perculſus verbis: non eſt ſi creditis inquit
Ad lętum ducens iſta hęc violentia morbi.
Sed deus vt digno iuſtis celebretur honore
Et ſoboles hominis ſancta virtute niteſcat.
Tunc ad diſcipulos dormit iam lazarus inquit
Sed charum iuuenem faciam conſurgere rurſus.
Hęc ait: ⁊ chriſto cuncti p̄eunte ſequuntur.
Reddunt diſcipuli ſomno ſuccedere plena
Et remeare ſalus poterit: nec mente ſequuntur

Et mortem ſomni dixit ſub nomīe chriſtus.
Errorem quorum tali ſermone remouit.
Lazarus in lętū cecidit: ſed gaudia menti
Hinc veniūt: veſtrāqꝫ fidē mihi fortius armant
Cernitis abſentem longe quoqꝫ cuncta videre
Sed ꝓperemus ait. Didimus tunc talia fatur
Pergamus: pariterqꝫ oēs ꝓcumbere lęto
Cogamur. totiēs quod gens iudęa minatur
Hęc ait. ⁊ cuncti chriſto p̄eunte ſequuntur.
Iāqꝫ aderat chriſtus: fuerat ſed forte ſepulto
Quarta dies: merſaſqꝫ atris de morte tenebris
Germanas: luctus lachrymoſaqꝫ tecta tenebant.
Conuenere illuc ſolatia debita dantes
Iudeę gentis proceres chariqꝫ ꝓpinqui.
Sed martha audito chriſtū veniſſe: cucurrit
Obuia: deſeruitqꝫ domū meſtamqꝫ ſororē.
Et procul o vtinā pn̄s hic chriſte fuiſſes
Clamitat: haud morti frater ceſſiſſet acerbę.
Nam quicquid poſcis certū eſt tibi poſſe venire
Quā dn̄s tali ſolatur voce gementem
Robuſtam mentem mulier ꝟtute reſume
Lazarus hęc vitę rediuiua in lumina ſurget.
Et mulier. certe ſurgent in munera vitę
Mortales cuncti: veniet quū terminus orbi.
Chriſtus itē ſancto depromit pectore vocem
En ego ſum clarę vobis repatio vitę
In me qui credit mortē deponere ſumptam
Et vitam poterit iugi cōprendere ſeclo.
At quicūqꝫ fidem viuo ſub pectore ſumet
Horrida nos vnqꝫ continget limina mortis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iſta hęc ſi credis puro de pectore martha:
Illa dehinc: Hęc vna fides mea corda tenebit
Sublimis veneranda dei ꝙ venerit in te
Cęleſtis ſoboles celſo ſub nomine chriſti.
Hęc ait: ⁊ mariam curſu monitura ſororem
Interiora petit: ſanctum veniſſe magiſtrum:
Et pariter luctu oppreſſam: vocitare ſororem
Admonuit: tacito deſignās omnia nutu.
Proſilit illa foras: audito nomine chriſti
Proſequiturqꝫ ſimul ſolymorum turba gementem
Credentum tumulo fletus inferre sorores.
Illa ſalutiferum poſtq̄ꝫ conſpexit Jeſum
Procidit ante pedes: rupitqꝫ hanc pectore vocem
Si mihi germanum potuiſſes viſere viuum
Lazarus haud poterat durę ſuccumbere morti.
Fletibus his chriſtus ſocians de corde dolorem
Inquirit tumuli ſedem quo condita nuper
Membra forent: animę volucris ſpoliata calore.
Haud mora. demonſtrant flenti męſtoqꝫ ſepulchrum
Rupe ſub exciſa: lapidis quod pondere clauſum
Ut vidit ſanctus: multo mox vecte moueri
Pręcipit: At marthę talis vox verberat auras
Quattuor en luces: totidemqꝫ ex ordine noctes
Prętereunt: quo membra ſolo compoſta quieſcunt
Crediderim corpus motu fugiente caloris
Fętorem miſerum liquefactis reddere membris.
His dictis contra depromit talia chriſtus
Jam totiens dictum eſt: magnis conſiſtere rebus
Credentum virtute fidem: ſed gloria ſummi
Jam genitoris adeſt: fidei ſi robur habetis.

Hęc vbi dicta dedit: ſaxumqꝫ immane reuulſis
Obicibus patuit: virtus mox conſcia cęlum
Suſpicit: ⁊ tali genitorem voce precatur.
Eximias grates genitor tibi ſancte fatemur
Me placidus ſemper: venerandis auribus audis:
Sed populus preſens me miſſum credere diſcat.
Hęc vbi dicta dedit: tumuli mox limine in ipſo
Reſtitit: aduerſo complens caua ſaxa canore.
Lazare ſopitis redeuntem ſuſcipe membris
En animam: tuqꝫ ipſe foras te prome ſepulchro.
Nec mora: connexis manibus pedibuſqꝫ: repente
Procedit tumulo: vultum cui linea texit
Et totum gracilis connectit faſcia corpus.
Tum ſolui iuſſit: lętumqꝫ ad tecta remittit.
¶ Judęi poſtquam factum venerabile cernunt
Qui tantum fuerant mariam marthamqꝫ ſequuti
Pars credens ſequitur ſanctę virtutis honorem
Aſt alij repetunt vrbem: procerumqꝫ ſuperbis
Cuncta phariſęis rerum miracula narrant.

## ¶ Paſſio domini noſtri ieſu chriſti.

### ¶ Mat. xxvi. Mar. xiiij. Lu. xxij. Jo. xi.

**¶ Cōciliū ſacerdotū ſcribarum ⁊ phariſęorum contra chriſtū Et de vnguēto effuſo ſuper caput chriſti.**

ERgo ad concilium: ſcribę plębiſqꝫ vocatur
Jam grauior numerus. qua vatum principis alte
Pulchra caiphęę collucent atria ſedis.
Illic cōplacuit chriſtum proſternere lęto
Sed vitare dies paſchę: ne plębe frequenti
Diſcordes populi raperent in bella furorem.

Ille ſimonis erat tectis: quē lurida lepra ¶ Jo.xij.
Uirtute ipſius diffugerat: en recubanti
Accedit mulier ꝓpius: frangenſq; alabaſtrū
Quo p̄cioſa inerant late fragrātis oliui
Unguēta: ab ſummo ꝑfudit vertice chriſtū.
Diſcipuli increpitant: fantes potuiſſe iuuari
De precio vnguēti miſerorū corpa egentum.
Has dn̄s ꝓhibet voces: factūq; ꝓbauit.
Deſinite obſequio iuſto ꝓhibere puellam
Paupibus ſemꝑ dabitur ſuccurrere tempus
Sed me non ſemꝑ tribuetur viſere vobis.
Funeris iſta mei multum laudanda miniſtrat
Officio: mundo umq; implebūt talia facta.

**¶ Judas p̄cium petit vt tradat ieſum qui cenās de Juda traditore ad diſcipulos loquitur Et ſacramētum corpis & ſanguinis inſtituit Petro dicit q ter eum abnegaturus eſt.**

**¶ Matthei.xxvi. Mar.xiiij. Lu.xxij.**

TUnc e diſcipulis vnus ſe ſubtrahit amens
Judas qui ad ꝓceres tali cū voce cucurrit
Quod preciū ſperare datur ſi tradere vobis
Queſitūq; diu poſſim mōſtrare magiſtrum.
Argenti ter dena illi mox pollicebantur
Pondera: dehinc iudas ſceleri ſe ſubdidit alto.
Jāq; dies paſche ꝑmo proceſſerat ortu
Diſcipuli a chriſto querūt vbi ſumere paſcha
Uellet: at ille ſibi quendā ſine noīe queri
Ultima qui dn̄i caperet mādata iubebat.
Veſꝑe mox ꝑmo bis ſex recubantib9 vna ¶ Jo.xiiij.

Diſcipulis: tali diuinat voce magiſter.
En vrget tempus chriſtum cum tradere morti
Et vobis vnus ſcelerato corde volutat.
Continuo cuncti querūt quis talibus auſis
Inſano tantū cepiſſet corde venenum.
Ille dehinc epulis mecū nūc veſcitur inquit:
Sed ſoboles homīs quondam p̄ſcripta ſubibit
Supplicia ad tempus. miſerabilis ille per ęuum
Qui iuſtum tradet: quanto fęlicior eſſet
Si nunq̄ terris tetigiſſet limina vitę
Et iudas grauiter tum conſcia pectora preſſus:
Nunquid ait iudam talis ſuſpicio tangit?
Reſpondit dn̄s de te talia dicere cerno.
¶ Hęc vbi dicta dedit: palmis ſibi frāgere panē ¶ Ioā. vi.
Diuiſumq̄ dehinc tradit: ſanctumq̄ p̄catus.
Diſcipulis docuit proprium ſe tradere corpus:
Hinc calicem ſumit dn̄s: vinoq̄ repletum
Sanctificat gratis ꝟbis: potumq̄ miniſtrat.
Edocuitq̄ ſuum ſe diuiſiſſe cruorem.
Atq̄ ait: hic ſanguis populi delicta remittet
Hunc potate meum: nam veris credite dictis.
Poſt hęc: nō vnq̄ vitis guſtabo liquorem
Donec regna patris: melioris munere vitę:
In noua me rurſus cōcedant ſurgere vina.
¶ Exin cantato ſanctis cōcentib⁹ hymno ¶ Io. xviij.
Montis oliueti cōſcendunt culmina cuncti.
Talia tum chriſtus depromit pectore ꝟba
Omnes p̄ſentis noctis vos tpe longe
Diſperget miſere: deſerto principe terror.
Sic etem̄ ſcriptū eſt: paſtoris caſib⁹ omnes ¶ Zacha. xiij

In diuerſa fugam capient ꝑ rura bidentes.
Hinc quom vita nouos celi mihi reddet honores
Preueniam: veſtroſqꝫ choros genitalibus aruis
Grata galilee volitans per rura docebo
¶ Reſpondit petrus: cunctos (ſic credere fas eſt)
Et tua labētes poſſint ꝑcepta negare.
Sed mea non vnqꝫ mutabit pectora caſus.
Ille dehinc Nox hec q̄ lucida ſidera terris
Inducet: lucemqꝫ ꝑmens nunc incubat vndis
Audiet: vt ternis pauidus mendacia verbis
Dices: ⁊ chriſtū fortiſſime petre negabis
Et ꝑus altilib9 reſonēt quā tecta domorū.
At petrus: duram mortem mihi ſumere malim:
Uox oblita ſuū qꝫ deneget iſta magiſtrum.
Has vires cordis ꝓſtant ꝓmittere cuncti.

¶ **Jeſus ſecedit in villam gethſemani Et in horto orat patrē ¶ Matthei. xxvi. Marci. xiiij Luce. xxij. Joannis. xviij**

Nominis hebrei ſunt gethſemane ida rura
Illo progreditur vite luciſqꝫ repertor.
Quem mox diſcipuli iuda fugiēte ſequūtur.
Atqꝫ illic reliquos iuſſit reſidere miniſtros.
Ille ſed aſſumpto longe procedere petro
Zebedeiqꝫ ſimul natis: ꝑ deuia tendit.
Tūc angore graui meſtus: ſic voce profatur
Triſtia nūc voluēs animus: mihi pectora turbat
Morte tenus: ſed nūc vos ſegnem excludite ſomnū
Sollicitamqꝫ ſimul vigilando ducite noctem
Hec ait: ⁊ paulū procedēs: corpe terram
Deprimit: ⁊ tali piectus voce ꝑcatur.

Si fas eſt genitor. calicis me tranſeat huius
Incumbēs valido nobis violētia tractu.
Sed tua iam veniat potius q̄ꝫ noſtra volūtas
Que tibi decreta eſt tātis ſententia rebus.

## ¶ Iudas ieſum oſculo tradit ¶ Matthei. xxvi Marci. xiiii. Luce. xxii. Ioānis. xviii

Tunc ad diſcipulos repedat: ſed ſomnus anhelus
Proſtratis terre mēbris: diſſoluerat omnes.
Tūc ait ad petrū Non eſt tibi ponere virtus
Unam puigilem tantis ſub caſibus horam?
Sed vigilate ꝑ cor: ne vos tentatio raptos
Horrida ꝓcipitet: ꝛ ſeue ꝑ lubrica mortis.
Spiritus iſte viget: ſed corpus debile labat.
Seceſſit rurſus ſecreti montis in arcem.
Orabatq̄ꝫ patrē: rerū mitiſſime rector
Hunc qm̄ calicem non eſt tranſire facultas
Iam tua pueniat noſtra de ſorte voluntas.
Rurſus diſcipulos ſomni ſub pondere preſſos
Inuenit: ꝛ rurſus idem genitore precato
Alloquitur feſſo nexos languore quietis:
Iam dormire licet: ſocioſq̄ꝫ reuiſere veſtros:
Nam venit ille meum qui tradet ad omnia corpus
Que maculata meis imponet factio mēbris.
Cum ductor: iudas numero ſtipante caterue
Aduenit: procerū iuſſu populiq̄ꝫ ferocis.
Pars ſtrictis gladijs: ps fidens pondere claue
Signa ſeq̄batur iude ꝓmiſſa furentis.
Dulcia nam chriſti tacturū ſe oſcula pactus
Quo facile ignotū caperet miſerabile vulgus
Hic vbi dixiſſet ſimulata voce ſalutem

Attigit ꝛ labijs iusti miserabilis ora
Continuo christus: totum cōplere licebit
Huc veniſſe tuo quęcūqꝫ eſt cauſa paratu.
Iniecere manū turbę: chriſtū qꝫ prehendunt.

**¶ Petrus auriculā ſeruo abſcidit.**
**¶ Mat. xvi. Luce. xxij. Jo. xviij**

T Unc e diſcipulis vnus fulgēte machera
Occurrit vatis famulo: ꝛ ſublatus in iram
Tempore eius ceſam rapuit vi vulneris aurem
Olli chriſtus ait gladiū tu ponito noſter
Nā q̄cūqꝫ ferox cōfidit vīdice ferro ¶ Geñ. ix. ꝛ Apoca. xiij
Hunc iuſti ſimilis ferri vindicta manebit:
An ego nō poſſim cęleſtia caſtra vocare
Et patris innumeras in p̄lia ducere turmas.
Sed ſcriptura meis cōplenda eſt debita rebus.
Vos autem ſtricto quid me cōprēdere ferro
Fuſtibus ꝛ gladijs cōcurritis? En ego vobis
Occurram: templi media qui ſemꝑ in arce
Vobiſcū reſidēs docui: nec talia quiſquā
Inſonuit: tantis circum latratibꝫ audax
Diſcipuli paſſim chriſto fugere relicto.

**¶ In domo Caphę cōdēnatur. blaſphematur et percutitur. ¶ Mat. xxvi: Mar. xiiij. Jo. xviij**

I Amqꝫ caiphęa aſtiterat ſaluator in aula
Cōuenere oēs ſcribę proceresqꝫ vocati.
At petrus longe ſeruans veſtigia ſolus
Occulte męſtus: ſedit cum plebe miniſtra
Extremū opperiens tāto ſub turbine finem.
Ecce ſacerdotes. falſos cōquirere teſtes
Incumbunt: fictaſqꝫ volunt cōtexere cauſas:

Quis mortem inſonti poſſent imponere chriſto.
Sed nullus tanto viſus ſatis eſſe furori.
Ultimo proſiliūt teſtes: qui dicere chriſtum
Audiſſent templū ꝙ ſolus vertere poſſit
Et verſum ternis iterum inſtaurare diebus.
Ipſe ſacerdotū ꝑnceps: vrgere tacentem
Inſiſtit: feruens furijs: ac talia fatur.
Quur nihil ad tātas nūc reſpōdere q̄relas
Cōuictus veris procerū ſub teſtibus audes?
Adiurabo tamē ſummi ꝑ regna tonantis
Ut fateare palam ſi fas te credere chriſtum.
Ille dehinc tali compellat voce ſuperbum.
Iſta hęc ſola tibi procedūt pectore ꝟba
Uera tamē veniat vobis viſenda ꝑ auras
Maieſtas: homīs proles ꝟtutis ad altę
Cum ſedeat dextram: ꝑ nubes ignicolores
Talibus auditis ſcindit de pectore veſtem
Inſultans furijs: ⁊ cęco corde ſacerdos.
Atq̃ ait: audiſtis pugnātis fęda profani
Uerba deo: polluta magis cōſurgat in iras
Relligio: ⁊ veſtram cuncti iam pandite mentem.
Conclamāt omnes: mortiq̃ addicere certant.
Tūc ſanctam chriſti faciē ſputa improba cōplēt: ¶ Eſa.l.
Et palmę in malis colaphiq̃ in vertice crebri
Inſultant: verbiſq̃ oēs illudere certant
Chriſte ꝓphetabis cuius te palma cecidit.

## ¶ Petrus ter chriſtū abnegat.
Mat.xxvi Mar.xiiij. Lu.xxij. Jo.xviij

At Petrū mulier triſtem ꝙ viderat intus
Tu ne etiam iuuenis fueras comes additus inquit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iſti: quem ludens procerum ſententia damnat
Ille negat: tectiſq; foras ſe promere tentat.
Ecce ſed egreſſum primo ſub limine cernens
Altera conſimili prodebat voce miniſtris
Rurſus ait: iurans illum ſe noſſe negebat.
Tunc percontantum multi acceſſere ſequentes
Eq; ſono vocis ſeſe cognoſcere dicunt
Cuncta galileam ſtreperent ꝙ verba loquelam.
Et petrus iurans deuotis omnia verbis
Neſcire affirmat: quiſquis foret ille negando.
Hanc vocem: plauſum. quatiens ſub culmine tecti
Ales proſequitur cantu: mentemq; ſimonis
Circumſtant triſtem verbis: pręſagia chriſti
Egreſſuſq; dehinc ploratus fudit amaros.

**¶ Vinctꝰ ad pilatū ducitᷣ corā illo accuſatᷣ a q̄ interrogatᷣ de rge iudeoꝝ Iudei petūt barabā dimitti Et chrm̄ crucifigi poſtulāt. Mat. xxvij Mar. xv**

Sidera iā luci ꝓcedūt ⁊ rapidꝰ ſol ¶ Lu. xxiij. Io. xviij.
Progreditur radijs terras crepitantibus implens
Iamq; e cōcilio chriſtum poſt terga reuinctum
Pręſidis. ad gremium magno clamore trahebant
Interea celſum dominus ſtans ante tribunal:
Talibus exceptum pilatus vocibus vrget
Talia pilati verbis excepit Ieſus
Tu rex iudeę gentis quod dicitur aſtas?
Reſpondit chriſtus veſtris hęc audio verbis
Exin terribilis iuſti accuſatio ſurgens
Infremit ⁊ ſanctum mendax facūdia preſſat.
Reſpondere nihil trucibus dignatur ieſus.
Pilatus quęrit quę tum ſit cauſa tacendi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ille magis perſtans miranda ſilentia ſeruat.
Solēni ſed forte die concedere leges
Unum damnati capitis de morte iubebant.
Et fuit in vinclis famoſo nomine latro
Quē chriſto infenſus: populus dimittere vitę
Ardebat: trucibus ſomno ſed territa viſis
Pilati coniunx iuſti diſcedere pęna
Mandatis ꝓceribusq; virum ſuſpēſa rogabat.
Tum iudex iterum procerū diſq̄rere mentem
Tentat: ⁊ inſtanti cuperent quē ſoluere pęna
Plębis ad arbitrium mittit de lege requiri.
At ꝓceres populū fuſa ambitione rogabant
Latronem legi peterent chriſtumq; necarent
At poſtq̄ ꝓcerum incendit ſententia vulgus
Latroniſq; petit potius ſibi cedere vitam:
Conſuluit ꝑſes populum: quid vellet ieſu.
Plębs incenſa malo ſęuos miſcere tumultus
Et crucis ad pęnas iterūq; iterūq; petebat.
Qui regis nomē cupet qui cęſaris hoſtem
Confeſſus: ſeſe ꝓprio damnauerat ore.
Deniq; vi victus deteſtatuſq; cruentum
Officium increpitans ſe libera ſanguine ab huius
Corda tenere ſibi: coramq; a crimine palmas
Abluit. vt genti tantum macula illa maneret:
Hoc magis inclamant nos nos cruor iſte ſequatur
Et genus in noſtrum ſcelus hoc ⁊ culpa redundet.
Pilatus donat plębi legiq; baraban.
Et crucis ad pęnam vinctum cōcedit Jeſum.

**¶ Judas penitētia duct9 nūmos rettulit ⁊ laqͦ ſe ſuſpēdit ⁊ de agro figuli. ¶ Matthei. xxvij.**

PRoditor at iudas poſtq̄ȝ ſe talia cernit
Accepto ſceleris ꝑcio generaſſe furētem:
Infęlix ęgris damnās ſua geſta q̄relis
Argentū ⁊ culpans: ſacram proiecit in ędem
Exorſuſqȝ ſuas loqueo ſibi ſumere pęnas
Informē rapuit ficus de vertice mortem.
Inde ſacerdotes (precium ꝙ ſanguinis eſſet)
Illicitū fantes adytis iam condere templi.
Quod dare tum licitum. dum ſanguis diſtraheretur
Credebāt: agri mercati nomine vero
Sanguinis: horrēdo ſignāt ſcelera impia facto.
Hęc quondā cooꝑta canēs vox v̄a ꝓphetę ¶ Zacha. xi.
Euentum rerum patefecit in ordine ſęcli.
Argenti triginta minas poſuere profani
Hoc precium ꝑcioſi corꝑis inſtituentes
Quod mox ad figuli rurſus trāſfertur agellum.

**A militib⁹ deridet᷑. chlamyde coccinea īdut⁹ ⁊ ſpinis coronat⁹ Mat. xxvij. mar. xv. Lu. xxiij Jo. xix**

TRaditus eſt trucib⁹ iuſtus: ſceleriſqȝ miniſtris
Militib⁹ ſcelerata opprobria corpore prębet
Purpureamqȝ illi tunicam chlamydemqȝ rubentem
Inducūt: ſpiniſqȝ caput cinxere cruentis.
Inqȝ vicem ſceptri: dextram comitatur arundo.
Tunc genibus nixi: regem dominū ve ſalutant
Judeę gentis: faciemqȝ lauare ſaliuis
Vertice ⁊ in ſancto plagis luſere nefandis.

**¶ A pilato iudicat⁹. ad crucifigēdū ducit᷑ Simon cyrene⁹ āgariat᷑ ut crucē tollat. felle ⁊ aceto potat᷑ crucifigit᷑ ī medio latronū ſup veſtē ſortē mittūt titul⁹ cruci affigit᷑ blaſphēat᷑ ſol obſcurat᷑ ⁊ tremo**

Itꝰ factꝰ ẽ. de dñi clãoře ꝛ morte. ꝛ aliis q̄ ꝯtigebãt i morte eꝰ. Mat. xxvii. mar. xv. lu. xxiii Jo. xviii

HEc vbi tranſegit miles ludibria demens
Indutum ꝓpriꝯ ducebant tegmine veſtis
Et crucis ad pꝯnã ſanctũ iuſtũq3 trahebãt.
Ecce ſ3 egreſſi quẽdã ꝯpe ſimonẽ. Cyrina genitũ. lignũq3 de
Quo dñm lucis duris ſuffigere clauis (ferre iubebant
Inſtans vrgebat ſecli immutabilis ordo.
At poſtq̃3 ventum eſt: vbi ruris golgatha nomen
Permixtũ felli vinũ dant pocula chriſto
Ille ſed in ſummo guſtu tractata recuſat
Ut ſatis antiquis fieret ꝑ talia dictis
Nec tamẽ immanis plꝯbis furor omnia poſſit:
Iãq3 crucifixum pendebat in arbore corpus
Intactãq3 dedit tunicã ſub ſorte ꝑ omnes
Militis vnius ſeruans poſſeſſio textum
Et ſcriptũ cauſꝯ titulũ meritiq3 locarunt
Ꝙ rex iudeꝯ gẽtis plꝯbiſq3 fuiſſ3. Accidit vt pꝯne ꝑiter cõſor/
Latrones hinc inde duo: ſed cꝯca furẽtis (tia ferrent
Inſultat plꝯbis fixo veſania chriſto.
Hic eſt qui templũ poterat diſſoluere ſolus
Hic eſt qui terno lucis reparare meatu.
Sed nunc deſcẽdat ſoboles venerãda tonantis
Et crucis e pꝯna: corpuſq3 animũq3 reſoluat.
Hꝯc vulgi ꝓceres vecordis dicta ſequũtur
Atq3 phariſꝯi ſcribꝯq3 ꝛ factio demens
Illudũt: motuq3 caput: linguaſq3 loquelis
Inſanis quatiunt: ꝯterne ad vincula pꝯnꝯ
Nõne alios quondã trucibꝫ ſeruare ſolebat
Morborũ vinclis: ſeſe quur ſoluere vinclis

Non valet? En regem noſtrę quę credere gentis
Debuimus: ſoluat ligni de robore corpus
Tũc ſanctis digne valeamus credere verbis.
Confidit genitore deo dimittere pęna
Cur nõ vult ꝓpriam ſobolem venerãda poteſtas?
Nec minus increpitãt: dextra leuaqꝫ gementes
Affixi crucibus ſcelerũ pro ſorte latrones.
Jam mediũ curſus lucis conſcenderat orbem.
Quum ſubita fugeret oculis: furuiſqꝫ tenebris
Induitur trepidũqꝫ diẽ ſol nocte recondit.
Aſt vbi turbatus nonam conſcenderat horam
Conſternata ſuo redierũt lumina mundo.
Et chriſtus magna genitorem voce vocabat
Hebreę in morem linguę: ſed neſcia plebes
Heliam vocitare putat: tunc concitus vnus
Cogebat ſpongo turpi calamoqꝫ reuincto
Impreſſum labijs acidum potare ſaporem.
Cętera turba furens: tali cum voce cachinnat.
Spectemus pariter cęlo ne forte remiſſus
Helias veniat: celſa qui ſede quieſcit
Liberet ⁊ miſero crucifixũ ſtipite regem:
Tunc clamor dñi magno conamine miſſus
Aethereis aĩam comitem cõmiſcuit auris.
Scinduntur pariter: ſancti velamina templi
Carbaſaqꝫ in geminas ꝑtes dirupta dehiſcũt.
Et tremebũda omni cõcuſſa eſt pondere tellus.
Diſſiliuntqꝫ ſuo ruptę de corpore cautes.
Tum veterũ monimenta virũ: patuere repulſis
Obicibus: iuſtęqꝫ aĩę ꝑ membra reuerſę
Et viſum paſſę populi: per męnia latę

Erravere vrbis: ſic terrent omnia mundum.
Militibus primis quatiuntur corda pauore
Dedita qui ſęuę ſeruabant corpora pęnę
Et ſobolem dixere dei: chriſtumqꝫ fatentur.

## ❡ De ſepultura domini ❡ Matthei. xxvij. Marci. xv. Luce. xxiij. Joãnis. xix.

Eſpeculis matres miracula tanta tuentur.
Omnes obſequiū chriſto q̄ ferre ſolebant.
Jamqꝫ recedēti veſꝑ ſuccedere ſoli
Ceperat: ⁊ procerū ſolus tum iuſtior audet
Corpus ad extremum munus depoſcere chriſti.
Hic ab arimathia nomen geſtabat ioſeph
Qui quondam verbis aures p̄ſtabat ieſu.
Pilatum tunc iſte rogat ſibi cędere mēbra
Quis nuper tulerat vitam vis horrida pęnę.
Conceſſit pręſes: ſed corpus fulgida lino
Texta tegunt. ſaxiqꝫ nouo cōponitur antro
Concludunt limen immenſa volumina petrę
E ſpeculis ſeruant matres ⁊ cuncta tuentur.

## ❡ De cuſtodia circa ſepulcrū. ❡ Mat. xxvij.

Jamqꝫ dies rutilo complebat lumine terras
Ocia qui ſemꝑ priſca de lege iubebat
Nulla ſed immitis ꝓcerum furor ocia ſeruat:
Cōueniunt onerantqꝫ ſimul ſic iudicis aures:
Erroris laqueos iuſtiſſima pęna reſoluit:
Nūc meminiſſe decet qm̄ planus ille ſolebat
Vulgari ſemꝑ iactans promittere plębi
E mortis ſeſe tenebris ad lumina vitę
Cum trino ſolis ꝑiter remeare recurſu
Sed petimus cuſtos miles noua funera ſeruet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ne fera diſcipulis furãdi audacia corpus
Conſurgat turbetq; recens inſania plebem.
Et pilatus ad hec. Miles ꝑmittitur inquit
Seruare vt vultis corpus tellure ſepultum:
Conueniũt: ſaxiq; ingentia pondera voluũt
Et limen ſignis. ⁊ ſaxũ milite ſeruant.

## ¶ In die ſcõ paſche. De glo'ſiſſima dñi reſurrectione. ¶ Mat. xxviij. Mar. xvi. Lu. xxiiij. Jo. xx

Sidera iam noctis: venturo cedere ſoli
Incipiũt: tumuli matres tum viſere ſeptũ
Concurrũt. motus ſed terram ꝓtinus oẽm
Cõcutit: ⁊ celo lapſus deſcẽdit aperto
Nuncius. ⁊ ſaxum tumuli de limine voluit.
Illius ⁊ facies ſplendet ceu fulguris ignis
Et niuis ad ſpeciem lucent velamina veſtis
Militibus terror ſenſum diſcluſerat omnem:
Et iacuere ſimul ceu fuſa cadauera leto:
Ille ſed ad matres tali cum voce ꝓfatur
Veſtra pauor nullus quatiẽs nũc corda fatiget
Nam manifeſta fides ſanctũ vos q̃rere corpus
Quod crucis in ligno ſcelerata inſania fixit
Surrexit chriſtus eternaq; lumina vite
Corpore cũ ſancta deuicta morte recepit.
Viſere iam vobis licitũ eſt q̄ ſede ſepulcri
Nulla iſtic iaceant fuerãt que cõdita mẽbra.
Dicite p̃terea celeri ꝓperoq; recurſu
Diſcipulis chriſtũ remeaſſe in luminis oras
Inq; galileam letum: p̃cedere terram.
His dictis viſiſq;: animos ꝑfuderat ardens
Leticia attonitis: ſtupido ancipitiq; fauore

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deniq3 p̃cipiti celerātes gaudia curſu
Talia diſcipulis referūt tumulumq3 relinquūt.
Ecce viȩ medio clarus ſe oſtendit Jeſus
Et fidas matres blande ſaluere iubebat.
Occurrūt illȩ ⁊ genibus plantiſq3 p̃henſis
Victorem lȩti pauidȩ venerātur Jeſum.
Talibus ille dehinc p̃ceptis pectora firmat
Mentibus abſiſtat fidei pauor oīs ⁊ iſta
Fratrib9 hinc noſtris ꝓpere mādata referre
Noſtri conſpectus ſi cura eſt. Jte volentes
Jnq3 galilȩam ꝓpere diſcurrite terram

**¶ Cuſtodes pecunia corrūpuntur vt reſurrectō nem celent ¶ Matthei.xxviij**

INterea tumuli cuſtodū exterrita corda
Mittūt e numero ꝑtem quȩ tanta referret
Judȩis rerū miracula ſed manus amens
Jam ſemel inſano penitus deuota furori
Premia militib9 certatim magna rependit
Et fama in argento redimit q̄ limine rupto
Furtim ſuſtulerit corpus defenſa tenebris
Occulte rapiens audacia diſcipulorū.

**¶ Jeſus ī galilȩa diſcipul' apparuit p̃cipiens eis euāgeliū p̄dicare. ⁊ credētes in noīe patris ⁊ filij et ſpūs ſancti baptiſare. ¶ Mat.xxviij.**

IAmq3 galileos conſcenderat anxia montes
Mandatis chriſti concurrens turba ſuorū.
Cernitur eſſe ſuis proles veneranda tonantis
Jllum procumbēs ſanctus chorus oīs adorat
Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
Pectoribus virtus nam pars dubitabat eorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tunc ſic diſcipulos clarus cõpellat Jeſus.
In cęlo ⁊ terris genitor mihi cuncta ſubegit.
Me pater eſt vobis dignatus mittere lucem
Gentib⁹ haud aliter nũc vos ego mittere cunctis
Inſtitui: veſtrũ eſt cunctas mihi iũgere gentes.
Pergite. ⁊ ablutos homĩes purgãtibus vndis
Nomine ſub ſancto patris natiqꝫ lauate
Viuifici ꝑiter viuãt ſpiramina flatus.
Ablutiſqꝫ dehinc noſtra inſinuate docentes
Pręcepta: vt vitam poſſint agitare perennem.
Nec vobis vnq̃ꝫ noſtri p̄ſentia deerit
Donec conſumens diſſoluat ſęcula finis.

## Concluſio libri.

HAs mea mens: fidei vires ſanctiqꝫ timoris
Cepit: ⁊ in tantũ luxit mihi gratia chriſti:
Verſibus vt noſtris: diuinę gloria legis
Ornamẽta libens tulerit terreſtria linguę.
Hęc mihi pax chriſti tribuit: pax hęc mihi ſęcli
Quã fouet indulgẽs terrę regnator apertę
Conſtantinus: adeſt cui gratia digna merenti.
Qui ſolus regum: ſacri ſibi nomĩs horret
Imponi pondus: quo iuſtis dignior actis
Aeternam capiat diuina in ſęcula vitam.
Per dñm lucis chriſtum. q̄ in ſęcula regnat.

Finis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Hermãni Buſchij Monaſterieñ. In p̄ſbyte-rũ Iuuẽcum Hiſpanum Epig. ad lectorem

Flectite Pierides hederas: ⁊ carpite lauros
  Caſtalius liquidas porrigat altus aquas
Inſolitoq; nemus: tollat iuga lęta virore
  Quo ſtetit alatus Bellerophontis equus
Permeſſus nitidis: ir roret ⁊ gramina lymphis
  Littora Cephiſi come Thalia tui
Cyrrha ferat flores: violas: ⁊ lilia: circum
  Spirent innumeris Delphica rura roſis
Aura: leui flatu: tota regione ſuſurret
  Stillent Cecropijs robora qu erna fauis
Applaudat reduci tellus Hiſpana iuuenco
  Neglectuz cuiuis ſqualor edebat opus
Qui modo canicie: vultus abeunte beatos
  Induit: ⁊ formę priſtina mẽbra ſuę
Fulget Apollineis iterum: coma digna: corymbis
  Et manus auratam pulſat eburna lyram
Deſine mirari ſupplex ſi mouerit Orpheus
  Tartara: ⁊ inferni flebile flumen agri
Vana quidem ſunt hęc: ſed gloria tanta Iuuenco
  Aduolet ęthereum qui mouet ore deum.

Pietas et amor sive religio / Amore ... pentes
Aut ... cultus ... fecit

filius
natus
gnatus
proles
soboles
germen
progenies
pignora
stemma
liberi

Quicquid mali patimur nostra peccata meruerunt

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf